



D. JOAN-  
NIS FERNANDI  
DE HENESTROSSA,  
I.C.ASTIGITANI  
DISSERTATIO ACADEMICA  
DE IMPENSIS IN  
RES DOTALES  
FACTIS.

Estante 38

f. 1a

v. 50

МАСИ  
СИЯНИЯ  
ДЕНИСОВА  
СОЛНЦА  
И СВЕЧИ  
СЛАВЫ

DISSERTATIO ACADEMICA,  
QVAM  
IN SCHOLASTICAM  
Iuris Cæsarei disciplinam  
digerebat.

D. IOANNES FERNANDIVS  
de Henestrosa I. C. Astigitanus,  
Militaris Ordinis Alcanta-  
rensis Eques,,

ET IN SALMANTICENSESIVM  
Schola Maioris Divi Iaeobi Zebedæi  
Conchenfis Collegij Alumnus  
iam diu emeritus , pridem.  
Rector.

Cum licentia Domini Chanzellari.

Madridi Apud Lucam Antonium  
de Bedmar.



MAY  
IN SCHOLASTICAM

Euripides in Hipolito Coronato.

Quæ bona sunt scimus, & cognoscimus,  
Sed opere non facimus: alij  
propter pigritiam,  
Alij voluptatem honestati præponentes  
Aliquam aliam: sunt enim multæ voluptates vitæ,  
Et longæ confabulationes, ac  
otium, iucundum malum.

AL-

# ALMAM DOCTRICEM,

VIRGINEM PRUDENTISSIMAM,

CVI REDIVIVVM DEBEMVS

Carmelum,dilectamIESV Sponsam.

DIVAM

## THERESIAM A IESV.

IOAN. HVMILIS SERVVLVS

adloquitur.

**N** Diva mea tuas  
petit aras levis  
opella , primi la-  
borum fœtus,  
fructus ex civilis  
iuris agro, quem  
excolo, reportati : verius dicam , ta-  
bella gratitudinis, ANATHEMA.  
Iam diu paternum votum me in hac

alpe-

asperam, & longinquam militiam  
literariam elegit, scripsit: forte, an  
curioso dilectus? ignoro: sed luben-  
tèr Sacramento me adstrinxi, non  
dicam præjurasse, annuant licet Tri-  
buninostri, Præceptores: & memor  
primorum militum gressuum in  
Capitolium, religionis cauſa. O!  
cœci, ut suus Jupiter testis ascitus  
BONVM FACTVM adceret,  
secundos polliceretur eventus, illato  
in Academiam pede quam citò  
queirem te visere statui: Albam er-  
gò ivi, templum adiij, & non fuitæ  
Nemesis, non Iovis simulichro, sed  
Sanctiss. tuo incorrupto Corpori me  
steti: ignitumque, an igneum dicam  
cor? obstupefactus adspectavi, ado-  
ravi: O! Magne Deus, res est nota,  
adhuc post ferè sæculum ardorem,  
amoris potius radios spirans chryſtal-  
linum fregerat tanto impar caldori

clau-

clausum: tuis pedibus advolutus hu-  
miles fudi preces , exoravi, vt te pa-  
trona gereres in cunctis salutis æter-  
næ, studiorum , & cuiuslibet negoti-  
j, cui serio incumberem in omni  
vitæ cursu. Quot extunc in me cu-  
mulaveris beneficia, nèc liberum est,  
nèc referret liber : me tuum meaq;  
tibi debita tantum ex immo pecto-  
re profiteor, nil non tuum hic offer-  
re: & humilitè SANCTISS. ET  
DILECTISS. MATER exoro, vt  
à DEO OPT. MAX. eflagites, po-  
tis es, vt ista in communem cedant  
profecitum , & in exilio cœlesti tuà  
imbutus doctrinà immensam ma-  
iestatem valeam amando contem-  
plari , illi adhæream *unus spiritus*:  
vt in patria tecum æternum inac-  
cessibilem lucem defixis intuear  
oculis. Amen.

A D V I R V M C L A R I S S I -  
mum Dominum D. Ioannem  
Fernandez de Henestrossa  
Stemmatis Alcátaren sis Equi-  
tem Nobilissimum, Insignis  
Maioris Collegij Conchensis  
apud Salmantinos egregium  
Sodalem, Iuris Civilis differ-  
tissimum Professorem, Iose-  
phus Fernandez de Retes, Iu-  
ris etiam Civilis, apud eosdem  
Salmantinos Doctor, Ante-  
cessorquè Primarius rude  
donatus, in Supremo  
Con filio Fis-  
calis.

M IHi, & meæ Professioni gratu-  
lor, vir clarissime, quod hac  
virili ætate affatim præstiteris,  
quidquid de genio, de indole, de assidui-  
tate

tate tua preſtolatus fuerim primâ illâ, te-  
nerâque, in qua Auditorium meum au-  
gebas non vulgari dignatione, latusquè  
tegebas meum assiduus, sodalitio mihi  
iucundissimo, qui in puerò introſpicie-  
bam virtutem cùm egregia nobilitate  
coniunctam, ingenium cum propensio-  
ne in litteras, tâm legales, quâm politio-  
res; animumquè capacem ne dûm Artem,  
sed delicias Artis nostræ capessendi. Ta-  
lem te Scholæ ostendisti in illis exercita-  
tionibus, quæ Iuventuti ingenuæ solent  
esse bonæ mentis quasi promulgides, nul-  
li cedens, & ferè omnibus coævis palmâ  
præripiens. Ego tamèn, qui frequentius  
(quotidiè dixerim) tecum sermones mi-  
ſcebam, Geniumquè, & indolem tuam  
impensis contemplabar, altius de te exi-  
stimavi, vt nihil mediocre conceperim,  
nè quid invidiosum dicam. Alleætus in  
amplissimum Collegium Conchense,  
Virorum armarium, Sapientum empo-  
rium, vt fama testatissimum fecit, profel-  
forias artes exeruisti, & vsquè ad invidiam  
fœlix exeruisti tâm in quotidianis præ-

lectionibus, quām in ceteris experimen-  
tis, quib. Academia Prolytas suos probat  
velut ad Lydium lapidem. Nūnc cūm  
præmiornm petitio instat; probis num-  
mis, honestāque monetā illa mercaturus  
litteratis omnibus, qui verē Phylomusi  
sunt, exoticas, cultissimas merces exponis  
quavis dignissimas expensā, quovis pre-  
cio, in hoc libro, qui de impensis in res  
dotales factis agens, accepti, datiquē in  
summa studior. tuorum rationes conti-  
net. Acceptum, aut si mavis materia, tale  
est, quale maius imputari non possit cui-  
vis Iurisperito, siue varietatem rerum in-  
tueamur, siue leges veteres, exoletas, no-  
vas, ysitatas respiciamus, sive iuris enig-  
mata, quibus Auctores maximi, qui te  
præcesserunt, vix sufficiunt. Deniquē  
res est subtilis, cum vtilitate coniuncta,  
frequens in foto, nec adeò frequens in  
Schola. Datum verò nè dum expungit  
acceptum, sed in bona parte excedit.  
Quaenam varia materies est, mille decen-  
tē ab optimis Auctōribus petitis varie-  
garis, & exornas illam; verba ipsa expen-

dens,

dens, & expandens, trutinans, & exponēs.  
Leges, Prudentum responsa, constitutio-  
nes, & iura novantiqua sedulō explanas,  
& mira brevitate multa paucis perstrin-  
gens ( prout tuus est mos, nescio à quo  
aucupatus fueris ) nihil relinquis intactū,  
imò nihil non protritum, quod ad tuam  
Spartam pertineat. Idcīcō brevi volumi-  
ne tractatum minimè brevem absolvis;  
quod difficile non esse alibi de me metip-  
so protestatus fui. Hæc omnia fœlici, &  
facili stylo, & quod verè dixerim, Latino:  
omnia denique probarem, nisi illud mihi  
admodum improbaretur, quod me  
valdè probas, & laudas : indulgensquè  
amori, quo à primis annis me prosequu-  
tus fuisti, non nihil perdis censuræ, quam  
cæteris Synchronis elogiandis impendis:  
*Quo ci cā*, inquit Casiodorus in præfa-  
tione de anima, illud mibi accidit Prothei  
( lege Promethei, si vera sunt, quæ fabula-  
tur Servius ad sextam eclogam ) qui, quod  
voluntate non eligebat pandere, constrictus  
vinculis cogebatur absolvere. Fateor ergò de  
me, quod de te, deq; hac tua versūs me lau-

da-

datione, nonnemò posset impunè futurare. Sed iam vale dico, Deumque optimum maximum intimè precor, vt te incolumē servet multùm diuque, & prēmijs augeat, quę boni, tibique similes oprant. Ex Musęo nostro postridiè Nonas Octobris anui M. DC. LXXIV.

**DOCTOR D. DIDACVS**  
de la Serna & Cantoral, Iuris  
Civilis in Salmantina Acade-  
mia Vespertinus primarius  
anteceſſor, in publicam amici-  
tiæ tefferam Commilitoni  
quondam suo **D L.D.Ioanni**  
**Fernandez de Henestrossa,**  
**Alcantarensis Militiæ Equiti**  
**Nobilissimo , Collegij Ma-**  
**ioris Conchensis differ-**  
**tissimo Togato**  
**S.P.E.**

**O**ptaueram dū ( mi Ioannes ) vt  
ex laboribus fœlicitèr in Iuris-  
prudentia peractis publicum  
ostenderes testimonium , quod te ea qua  
admiratione à nostri temporis Studiohis  
privatim emulabarīs, publicè te dignum  
redderet. Sed hilator qui recusantem vici,

vt

vt novas profundaſquè ex nervoso, & ve-  
nusto ſtylo tuo meditationes posteritati  
tradderes. En affectus publicam indici-  
nam, quam litteraria illa prima produ-  
xere cunabula, quibus civili ſocietate cō-  
iuncti, vno gaudebamus Iurisprudentię  
commilitio in Auditorio illo *Æmilij Papi-*  
*niani*, inquam nostri, immò communis  
Præceptoris D.D.D. Iosephi Ferdinand-  
dez de Retes, qui fœlici illo nobis ævo  
iura dabat omnibus in Vespertina Iuris  
Civilis antecessura, ex qua post Primari-  
us, nunc Primus inter Filii Patronos.  
Fiduciam ſtudiorum tuorum tunc con-  
traētam, cum adoleviſti ad dūplum ſol-  
vis in traētatu hoc, quem tantę Operę li-  
bans percurri libens, & dūm ſubtili con-  
cilioque dicendi modo delectabat, vt po-  
tē ponderationi impar ſuccelſit admirati-  
onis silentium, pro me Cicero, *Ita verbis*  
*aptum, & præsum, ut nescias utrum res ora-*  
*tione, an verba ſententijs illuſtrentur.* Ex ge-  
nio librum indicarem, etſi nomine tuo  
non inscriberetur, testor, qui in prima  
iuventa aspexi ſuſpexiquè viuidum diſ-  
cendi

cendi ardorem, & politioris culturæ præ-  
sagia; ut facere solent hi, qui amicorum liberos  
ex similitudine in eis conspicua agno-  
cunt. Supererat istam susciperes operam,  
ut impensis laboris meliorationes tam utiles  
quam necessarias Reipublicæ redderes, & in  
inter omnes ævi nostri commilitones  
honorifico plausu tanto certamini præf-  
ses. Macte igitur scribendi constantia  
Perge perge Salmanticam nostram nobil-  
litare, quam scripto hoc ornare cœpisti,  
de qui si queram is cur tantæ scientiæ ful-  
ciatur munijs respondet Agesilaus ille  
proprius de nostra, quām de Spartana Ci-  
vitate, *Cives litterarum fulgore ornatos, &*  
*togā excultos ipsam habere.* Ergo illa quæ  
apud Antiquos immanis, & barbara fuit  
scribendi ratio, & ætate nostra tantum est  
innotescendi cupido, in te summa est  
eloquentia, præcissa litterarum vicissitu-  
do, quæ maxime tunc leditur, cùm maxi-  
me commendatur. Mirum quid? cui na-  
centi deseruiebat nobilitata facundia, pu-  
bescenti ministrauerant otia Musæ, cui  
vita studiosus labor necessè magnus. Ari-

D.Basil.Magn.  
de D.Gregor.  
Natiançen.

starchos nè cures, ab eorum infestissimo spiritu tutum te reddit impensus hic labor, & quasi vaticinator exclamare licet.

Teret. in Andr.  
act. I.

Fauete, adest & quo animo, & rem cognoscite.

Vt per noscatis quid spei sit reliquum  
Post has, quas facit de integro comædias  
Expectand.e, an exigend.e sint vbi privis

Vt viuas ità scribe, vt scribas viue  
vtrumque faxit Deus, & vt scribendi ge-  
nio abundas Dignitatib. ditescas. Vale.

CLA-

**CLARISSIMO VIRO**  
Dom. D. Ioanni Fernandio  
de Henestroffa, Alcantarensis  
Ordinis Equiti , & Maioris  
Conchensis Collegij punicea  
Toga meritissimè condecora-  
rato, D. Vincentius de Guz-  
man & Burgos, Salmanti-  
censis Doctor Theo-  
logus S.

**O** Quot æstuabam (charissimè  
Ioannes) desiderijs! Quot fla-  
grabam anguoribus, vt iam  
iam præclarum, eruditum, non satîs lau-  
datum opus in lucem ederetur; vt quod  
mihi præ amicitia dîu innotescit, omni-  
bus præ admiratione pateficeret! Sapien-  
tiæ flumen intrâ modestiæ claustra iam  
occlusum detineri non valuit; vt nûnc  
docti haud solùm eruditionis lymphas  
fœlicitè epotarent, verùm, & Tyronum

Epist. 103. ad  
Paulin.

mentes huius aquarum scaturagine perenniter irrigatae frutescant. Fortunam vincis, dum librum edis. Adhuc Cathedram, ipsa obice, non perlustrasti, & iam totum orbem erudisti, ut quod pauci audierant, cuncti degustassent. Fortuna ignorisce: haud ego dubito quoniam felix antagonista iam culmina dignitatum penetrares si in arenam descenderes, ut non cursus solum experiretur, immo celum miraretur volatus. Et quid mirum si Solem imitatus lucescis, dum tuae claritate doctrinę, ut cunctos doceas omnibus exoritis. Quid mirum si instar splendentium syderum lucis aeternitatem intendis, dum legum Astreae fano vota litasti. Non mihi, maximo Hieronymo fidem prelest: *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor in firmamento, & qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stellae in perpetuas aeternitates.* Maiorum tuorum praecalaria superasti facinora: illi namque Martis horrifono inservierunt delubro, ut Regum tuerentur coronas, tu vero placido ibi incunabulis Minervę templo famu-

la-

lasti, ut regia non solum tertiæ detendetes,  
sed illustrares, meritoquè togatus lauro  
redimitus existis, quam si belligerator  
certas. Per te forte accinebat Lucanus:

*Laurea facundis cesserunt arma togatis.*

Sed cur clarissimam tuorum origi-  
nem, egregiam maiorum sobolem, nobil-  
lem parentum progeniem taciturnitati  
commendò? Nonnè ex Dom. D. Didaci  
Lopez de Haro, Cantabriæ Domini, at-  
què in illo de las Nauas miraculoſo con-  
flictu Christianorum exercitus Impera-  
toris, te claro progenitum stipite omnes  
agnoscunt? per Dom. D. Nunium Diaz  
secundum illi filium, qui primum acqui-  
vit cum Henestrosæ Dominio cogno-  
men, à quo de viro in virum fœliciter  
descendis: Quid memorem heroem mag-  
nanimum Petrum Ruiz de Henestrosa,  
strenuum Hispalis debellatorem, atquè  
Alphonsi Regis nostræ Salmantinæ Aca-  
demiæ erectoris paedagogum? Quid Ioan-  
nem Fernandum de Henestrosa, cui

tum-

lumma tñero Principi fidelitas vitam di-  
ripiuit , & fortunam, non gloriam? Quid  
D. Lupum Albarez de Henestrossa, Sanc-  
ti Iacobi maiorem Legionis commenda-  
tarium? Quid strenuum Heroem Ioáñem  
de Henestrossa Catholicæ illi Bellonæ  
Elizabethæ sic dilectum , vt Cantabrico  
Luporum stemmati Regiaæ manus ad-  
deret hac litterâ M A N V S T V Æ  
FECERVNT ME. Quid Ioannem de  
Henestrossa Bæticæ sub ephèbo Carolo  
V. Gubernatorem, per quem rebellē cō-  
munitatem Bæticam non fœdasse domus  
immunitas testatur. Tuum sanguinem  
non solùm in Hispaniæ,& Angliæ Regi-  
bus, per Constantiam Lincastric Du cis-  
sam Dom. Marię de Henestrossa neptem:  
verùm cunctę Christianitatis fulgentem  
omnes veneramur? Glorientur alij è re-  
gia se pullulatos radice; te verò iam tuis  
in avis, atavisvè Regum originem histo-  
riographi propalatunt. Sed quid nata-  
lium tibi claritudo prodesset, si tuæ auro  
stirpitis litterarum non addidisses pro-  
blema? Quid propaginis interesset splen-

dor,

dorsi tumulis præcorum imaginibus insumptus eam fumo vanitatis de obscurasse? Ergo te tuis admodum superiorem fateor, dum sic viuis, ut si innobilis forsitan extitisses, vitâ tuâ ceteris nobilitatem spirasses Quod modestia silet, opus tuum conclamat, cunctaque litteraturæ te magistrum appellat; cum ut ipsius decori consuleres, poëtarum dicta, varios nationum ritus, politiorum mores, Ethicorum sententias, subtiliora legum dubia prosperè conglutinasti. Iam de libro liricen tuo libenter canerem, quod olim Horatius pulsantibus psalebat fidibus.

*Quo nihil maius, melius vè terris  
Fata donauere, boni què Diui;  
Nec dabunt, quamvis redeant in aurum  
Tempora priscum.*

Felix scriptor, imò sæculorum fæcili-  
cior evadis, civilibus siquidem non folium legibus, sed christianis moribus consulis voluminis argumento. Sed quomo-  
dò? Ausulta. Diversa expensarum ge-

nera

Lib. 3. od. 14.

nera sedulò explanare curas. En civilium didascalida legum. Sed quām fortunata consecutio! Ergò fœlicius expendendi tempus novam methodum designasti, cùm nullis parcens studiorum ærumnis, omnigenæ incumbens litteraturæ labori, vr omniibus expensatum doctrinam im penderes, tempus libenter expendisti. ( C si salutem reliquisses exceptam, nè simil pataretur dispendium! ) En humanæ professionis Christiana præceptio. Prīus effici; Deindè loqueris; verbo allicis, sed facto ædificas, nè lingua garrula prætetur, si manus tranquilli conspiciatur. Perpetram legis animadvertisse culturam, si virtutis semitam declinares. Sic Gentilis Christiani instar Horatius decantabat.

*Quid tristes querimoniae,  
Si non suppicio culpa reciditur?  
Quid leges sine moribus  
Vanæ proficiunt?*

Tanti hoc salubre documentum fe  
cist

cisti, ut non solum Iurisconsulti apicem  
attingeres, verum, & mystici Theologi  
doctrinam frequentares. Sed cur? causam  
prænota. Ocyus ad iustitiam volitabat:  
quæ quia de celo prospicit, ipsam non sub-  
levasset, si mentem ad sublimia celorum  
non dirigeret: Ergo totus orationi dedi-  
cus, quam mentis in Deum elevationem  
profitemur, facilius exiuit iustitiæ obviam  
dum Authorem ipsius fuit meditatus iu-  
stitiæ. Iuste inter Salmantinæ no-  
stræ micantia sydera academiæ ful-  
gescis, celumque universitatis splendes,  
iubarque Phæbeum æmularis, cum litte-  
ris non solum terrenis, verum te instruc-  
tum omnes celestibus admirantur. Haud  
disimile prædixit Casiodorus: *Erudiatur*  
*quis forensibus litteris, alter qualibet discipli-*  
*na doceatur, ille tamen instructior redditur,*  
*qui aetnu continuæ deuotionis eruditur.* Os-  
tiam meritorum cumulo nostri respon-  
dentia votorum poenis præmia volita-  
rent! ut tui foret experimentum, quod se-  
quentibus fuit Casiodori consilium, &

Lib. II. variar.



ideo

ideo talibus cum honore solvendum est quod merentur; ut & sibi aliquando accipiat, qui semp̄ rempublicam utilitatis acquirebat. Sed cur immoror? Forte tui tractatus epigraphem conspexit, dum ita pro te conclamavit: *Æquum est enim*  
*ut vnicuique proficiat labor suus;* & sicut ex-pendendo cognoscit incommoda, ita rebus perfectis consequatur augmenta.

Age ergo iam (mi Ioannes) Propera, haud cursū scribendi fistas; succedat calamus calamo: ut simul, & characteribus papyru exornet, & tui volatibus famam subducat. Folijs vexentur præla; Typographi condidentes desudent; idiographix anxietur manus; ut dum tui alia videant lucem volumina, & mentis expellatur caligo, & deinceps cæcutiatur inscientia. Salus ærumnis cædat, tametsi ærumnæ salutem cædant: non enim vitam finit, qui nomen aternat; ab ore siquidem, & spiritus prodeunt, & verba; & cum illi laboribus extinguntur, hæc codicibus perennantur. Gaudeo quod humanitati doctrinam adhæfisti, ut iugiter, & huma-

nus,

nus tandem expires , & doctus semper  
spires,nunquamque deploretur , vt mor-  
tuus , qui semper celebratur vt vivus.  
Quod fuit Enij Poëtæ epitaphium.

*Nemò me lachrymis decoret, nec funera  
fletu.*

*Faxit. Cur? volito viuus per ora vi-  
rum.*

Sed iam punctum gratulationis ac-  
cedat, nè cum veridicus existo, blandilo-  
quus apparear: *Quid plura? in his laudare* D. Hier. epist.  
*te vereor , ne assentandi crimen incurram.* ad Thcophil.  
*Optimus liber est, & in philosophis , & agens*  
*susceptam causam absq; invidia personarum.*  
Vive vt amici vivant , vale , vt docere  
valeas. Ex nostro Salmantino Musæo ,  
pridiè Kalend. Iunij anno Christiano  
M DC.LXXIV.

NOBILISS. VIR GENIO,  
& ingenio Klarus D. Ilde-  
phonsus Vazquius de Sancta  
Cruz & Morales , Auctoris  
quondam studiosus , nunc  
meritissime contogatus , &  
Cæsarei iuris subtiliss. pro-  
fessor ad huius disserta-  
tionis lecto-  
rem.

*Naturâ insitum est, amice Lector,*  
*ut amemus faveamusque ijs, quos*  
*putamus operâ nostrâ meliores,*  
*aut instructiores, ut Lipsius testatur: quâ-*  
*to amote, honoreque digni sint, qui in*  
*virtutis, & doctrinæ via recto cursu per-*  
*gunt, operibusque suis nos instructiores,*  
*& meliores reddunt? tu si scis, me quo-*  
*que scitiorem facito: librumque hunc*  
*aureum, de Impens. in res dotales fact.*  
*& in publicum impensum ad culturam*

no-

no stratiū ingeniorum, fronte grata ex-  
cipe. Dotes Authoris, specimen ingenij  
facundiæ doctrinæq; gravitatem, si  
attentè perlegas, vtiliter invenies, nam  
omne tuit puncum, cum misceat vtile  
dulci. Libros quidem scribere commu-  
ne &, vt sic dicam, passivum est: benè  
scribere infrequens. Eo magis iure lau-  
dem poscit, qui benè, quam qui pluri-  
mum scribit. Hoc in opere tibi offero  
iuris, & elegantioris Musæ candidum cul-  
torem, & Sacerdotem, novitatem doctri-  
næ cùm gravitate coniunctam, nostram-  
q; cultam iurisprudentiam cultiorem,  
concisso, & expolito stylo. En igitur  
virum litteris humanis humanum; scit  
enim præclaros viros longè aliter quam  
vulgus ociari, neque minus admirandos  
esse cum remittunt animum, quam cùm  
intendant. Non tantū ratione, sed mag-  
norum hominum exemplis iugulandi  
sunt, qui eruditioni bellum, ac humani-  
tati indixerunt. Hic est qui vtraquè ma-  
nu prodexera vtitur. Sed vt quid laus?  
maiorem enīm Panegyrim parari non

posse

Plutarc.in lac.


Tacit. 1. Hist.

Quint.lib.10.  
cap.1.inst.

polle arbitror, inter præclara Authoris  
ornamenta, quām scripta hæc mundi  
obtutibus obijcere, omnium inspectioni  
libare; sunt enīm Macrocola ob maiesta-  
tem doctrinæ, quām continent. Sic apud  
Plutarchum: *Lysandrum sensisse dicitur ve-*  
*ram virtutem non egere laudibus, cum ipsa*  
*secum ducat suam laudem, & decus; Cæterum*  
*qui nihil gerunt præclarari his opus est præco-*  
*nibus. Quamvis enīm tibicines olim*  
*laudes fortium virorum decantabant;*  
*tamen doctrina præstantes characteres*  
*eternitati incusi melius buccinantur: ita*  
*etiam adulatio ex amicitia venenum ( sic*  
*declamante Tacito ) arcetur, cum iam*  
*laudationis materiam, non ex verborum,*  
*quæ aures impleant, apparatu, sed ex his*  
*quæ oculus conspicere valeat, aucupa-*  
*mur. Eas igitur laudes concinnamus,*  
*quas scripta hæc auctori parant, quæ ex*  
*ipsis penetralibus scaturiunt; & mutua-*  
*tis verbis Quintiliani in Ciceronem li-*  
*ceat dicere: Non pluvia aquas colligit, sed*  
*viuo gurgite exundat dono quoddam prouid-  
entiae genitus, in qua totas vires eloquentia*

ex-

*experiri. Immò potius crederim Authoris  
nomen in casum huic operi præsigi ; ex  
ipsoquè affatim indigitari: iam enim per  
licæa celeberrima, ita eius doctrina no-  
ta est, vt ex illa notus sit Author ; nequè  
opus sit nomen divulgare cùm scripra  
vulgentur. Quid igitur restat nisi, vt me-  
cum exclames amice Lector. O virum  
veteris Genij , & melioris ævi : Certè in-  
genio doctrinaquè iam effecisti, vt mor-  
mortalitas tua finiri possit non vita; Per-  
ge igitur fèlix , & in offenso pede ad su-  
blimitatem decurre: faxit Deus Diuaquè  
Theresia Patrona tua, quibus abnuenti-  
bus bonor. posse. duosquè vltimos li-  
bros Codicis, *Spes altera Romæ*, edere non  
cunctaberis; age igitur , vt gratias tibi  
agat publica vtilitas, studiosiorum com-  
mune votum, Salmantinumquè nostrum  
licæum, & vt scribas viue fèlix eximie vir,  
& viue vt Principi nostro in primis dig-  
nitatum apicibus desservias , tu Lector.  
Vale. Madridi idibus Octob. An. Dom.  
M.DC.LXXIV.*



*EX ELEGATIONE OM.  
Chancellarij Censura Doctissimi, &  
Nobilissimi Domini omnigena littera-  
ratura clari D. Gregorij Rodriguez  
de Cisneros & Mendoza, antea Ma-  
ioris S. Salvatoris Ovetensis apud  
Salmanticenses Collegy Illustrissimi  
Sodalis, Vespertinique Iuris Canonici  
Antecessoris: nunc Pinciani Se-  
natus Togatus Fis-  
calis.*

**D**E mandato D. D. Mathiae de Rada, Calatravensis Ordinis, Universitatis Salmatinæ Chancellarij, huc librum à D.D. Joanne Fernandez de Henestrossa, Conchensis Collegij alumni, & Alcantarensi stemmate insigniti, compositum vidi, legi, & meditatus sum. In eo dicendi iucunditatem, doctrinæ claritatem, utriusque Iurisprudentiae fœcunditatem, discé-

tium, docentium que utilitatem invenio. Impensas liber continet : & voluptatis , in exornatione : utilitatis, in decisione: necessitatis , in tractatione impensam intellectui facit. Omnia congesit, & omnibus fasciculū ingenij, & studiositatis filo ligatam, suave præparavit. Nec miror! nam cum author à primordio ætatis indefesse Minervæ castris insudasset; meritò omnigenæ scientiæ latam viā superavit. Testis sum laboris ; liber frugalitatis. Opus sane dignum commendatu: ipsum laudat authorem , & ipsum author. Sic sentio, nil in eo fidei, aut bonis moribus esse contrarium : imò typis posse mandari, ut communi plausu, & acclamatione fruatur. Vallisoleti pri- diae Idus Novébris, anno Dñi 1674.

*D. Gregorius Rodriguez  
de Cisneros & Mendoza.*

LICENTIA DOMINI CHAN-  
cellarij.

Nos el Doct. D.Mathias de Ra-  
da , Cavallero del Orden de  
Calatrava , del Consejo de su Mage-  
stad, Maestrescuela, y Canonigo en la  
Santa Iglesia Cathedral desta Ciudad  
de Salamanca, Iuez Ordinario, Can-  
celario Conservador principal del In-  
signe Estudio, y Vniversidaç de esta  
dicha Ciudad, vnico Executor de sus  
indultos, y privilegios Apostolicos , y  
Reales,&c. Por la presente , y por lo  
que à Nos toca damos licencia , y fa-  
cultad para que precediendo los re-  
quisitos necessarios se pueda impri-  
mir el libro de *Impensis in res dotales*  
*factis* , compuesto por el Licenciado  
Don Juan Fernandez de Henestrosa,  
Cavallero del Orden de Alcantara,  
Colegial Huesped del Mayor de Cué

ca

ca desta dicha Vniversidad , atento à la censura del señor Licenciado Don Gregorio de Cisneros , del Consejo de su Magestad,y su Fiscal en la Real Chancillería de Valladolid. Dada en Salamanca à veinte y quarto de Octubre de mil y seiscientos y setenta y cuatro años.

*M. Scholasticus Salmantinus.*

Por mandado de su Señoria el señor Maestrescuela.

*Mathias Gonçalez.*  
Notario.



D. IOAN-  
NIS FERNANDI  
DE HENESTROSSA.  
DISSERTATIO ACADEMICA,  
DE IMPENSIS IN  
RES DOTALES  
FACTIS.

SECTIO I.

Impensarum necessariarum  
descriptio.

SUMMARIUM.

I Causa scribendi, finis, & modus.

2 De Imp. in res dot.

- 2 *Impensæ dividuntur in necessarias, utiles,  
et voluptuarias.*
- 3 *Necessariæ describuntur.*
- 4 *Exemplum in propagatione vitium.*
- 5 *Dein in arborum cura eas substituendo.*
- 6 *Quod marito non incumbit, ut usu fructua-  
rio.*
- 7 *In quo differt substitutio arborum à vitium  
substitutione.*
- 8 *Præterea in seminarij factione.*
- 9 *Denique in extirpatione molium.*
- 10 *Vnde necessariæ dictæ?*
- 11 *De pereunte re casu non factis imp.*
- 12 *Quid si factis?*
- 13 *Neceſſariarum imp. divisio in alias, quæ  
in dotem, alias extrā eam fiunt.*
- 14 *Ex qua provenit ratio l. Sed si vir. 31.  
§. fin. D. de Donat. int.*
- 15 *Donatio inter coniuges etiam de impen-  
sis prohibita.*
- 16 *Subdivisio impensarum in dotem, in alias  
quæ in tutelam ipsius fiunt, alias extrā.*
- 17 *De impensis fructuum causa.*
- 18 *Exponitur l. 27. §. 25. D. Ad leg. Aquil.*
- 19 *Et l. Sumptus 61. D. de leg. 1.*
- 20 *Et l. 1. C. de Infant. exposit.*

## Sectio Prima.

3

- 21 *Quare maritus fructus dotales suos faciat?*
- 22 *De dominio mariti ducentis vxorem per usum in rebus dotalib.*
- 23 *Quo pacto maritus, & vxor Domini sint rerum dotalium?*
- 24 *De dominio maritti in dote aestimata.*
- 25 *De pactis aestimationis dotis fauore uxoris.*
- 26 *De pactis fauore mariti.*
- 27 *Resolutio contractus iuxta pacti legem soluto Matrimonio.*
- 28 *Exponitur 1.7. §. Impendi 16. soluto matrim.*
- 29 *Modicæ impensæ necessariæ non minuit dotem, nec magna si constet fructuum causa fuisse factas.*
- 30 *Probatur ex exposito Text. in 1. Si id quod 28. §. 1. D. de Don. int.*
- 31 *Doctrina servorum cum fructibus a marito compensatur.*
- 32 *Idem in bonaef. possessore, nisi servus venalis sit, dominus ne diues.*
- 33 *Sed emptor per actionem ex empto eas recuperat.*

4	De Imp. in res dot.
34	<i>Et creditor si saltē presumatur tacita voluntate Domini impendisse.</i>
35	<i>Prosequuntur exempla necessariarum impensarum in alimentis puerorum dotalium, quæ dotem non minuunt.</i>
36	<i>De refusione impensarum fructuum causā si hi non percipientur ante solutionem Matrimonij.</i>
37	<i>Exponitur, l. Siquis domum 9. §. 1. D. Locati.</i>
38	<i>Casus contingens ex natura rei in conventionem deductæ debet considerari.</i>
39	<i>Repetitio non datur sibi impendenti.</i>
40	<i>A propietario impensas consequitur conductor, in quem si locatio fuit facta in longum tempus transiit ius perpetuarium.</i>
41	<i>Et etiam à locatore si necessarie, vel utiles sint, &amp; ab uxore locante marito, si solvatur Matrimonium antè tempus locationis.</i>
42	<i>Onera fructuum ad maritum pertinent.</i>
43	<i>Exponitur, l. Lucius 21. §. 4. D. ad Municip.</i>
44	<i>Nec ex pacto uxor tenetur.</i>

45 Sed si nullum fuit Matrimonium , nec  
fructus ad maritum pertinent , nec eo-  
rum onera .



N. I.



M pensivearum ,  
quæ in res do-  
tales à marito  
fiunt tractatū  
aliquā novā  
supellec̄tili or-  
nare , iam dīu  
cupire fecit implacabilis dissensus nostræ  
artis ipsorum Principum , in quibus com-  
ponendis , ferè aliud agentes , insudarunt  
interpretum Proceres ; è quorū licijs nos-  
tro cum stamine textis telam paramus ,  
malè forsà percusam , & pinguem , ut  
spretam , carptam à Satyrographo lacer-  
nam , sed quam ingenij , licet invalidi , re-  
petitis iactibus percurrit radius : O ! cedat  
in vestram ( Auditores klarissimi ) vtilita-  
tem , quod tantùm agere in votis est , non  
propriam gloriam sínè vestro profectu ex-

no-

avitate captare , quam indignam putarem, reijcerem: Nàm licet lege fidei manente cætera iam disciplinæ, & conversationis admittant novitatem correctionis, ut ait Tertullian. de Virgin. Veland. in princip. non eò prodesset apud me novitas , quominus contereretur , si deforme eset : ac nisi ita sentiam dignus mihi videor, qui à sedecim vulturib. attondear , ut qui non intelligam longè deformiora esse , quæ cum novitate coniuncta , sibi tamen confidunt, ut facetè Lucian. in Dial. contra eum , qui dixerat Promet. est in verb.

2 Impensas ergò, quas mariti in res dotales facere solent, triplicis esse naturæ nos docent Consulti, necessarias scilicet, vel vtiles, vel voluptuarias, de quibus sigillatim diicutiemus , iuxta prædictam diuissionem, quam traddit Vlpian. in l.i. in princ. D. de Impensis in res dot. & in fragment. tit. VI. de dotib. §. Impensarum XIV. & cōprobat l.XLIV. tit. XXVIII. part. III. l.XV. & XXXII. tit. XI. part. IV. illustrant Alciatus, & Rebus in l. Impense LXXIX. D. de Verb. signif. Zafius lib. II. Singularium intellect. & ad l. Diuortio VIII. D. Soluto Ma-

tri-

trimonio. H. Donellus lib. VII. Comment. cap. XXV. & lib. XIV. cap. VIII. Menoch. de Recuper. possess. remed. XI. num. VII. & lib. II. de Arbitrarijs, centuria III. casu CCXV. & CCLVIII. I. Garcia de Expensis, cap. I. num. X. & cap. XIII. num. XLIX. Pet. Barbosa in l. Diuortio VIII. §. finali Solut. Matr. I. part. & noster Pichard. in §. Fuerat autem XXIX. Institut. de actionib. num. LXXXIII.

3 Impensæ necessariæ, ut à nobiliорibus incipiamus, illæ dicuntur, quæ in se habent impendendi necessitatem, ut loquitur Consultus in l. I. §. I. de Impensis. Sed hæc necessitas talis debet esse, ut perpetuam, & non præsentis tantum anni respiciat vtilitatem, l. Vel si vites III. §. finali, de impensis. H. Donellus dict. lib. XIV. Comment. cap. VIII. Petr. Barbosa in l. Diuortio VIII. §. Si vir. Soluto matrim. num. IV. & in §. vlt. num. XII. & generaliter adserendum est, eas omnes necessarias impensas esse, quæ si factæ non sint, res dotalis deterior reddetur, perituravè erit, l. Impense LXXIX. D. de Verb. Sign. siue quibus non factis dos imminuitur (hoc est corpus dotale mate-

rialiter deminuitur ) ut loquitur Vlpian.  
*in l.Impensæ XIV.de impens.docetque Illuf-*  
*tris.Dom.communi Æuropæ calculo lit-*  
*terarum Antistes, & Academiæ nostræ su-*  
*premium ornamentum. D.Franciscus Ra-*  
*mós del Mançano CAROLI II.Domin.*  
*Noſtri (ſospita Deus) Præceptor, & Caste-*  
*llæ Cameræ Senator in M.S.de l.vnica, C.de*  
*rei uxoriæ aēt. §.Taceat.V.num.XVI.*

*Vitium propa-*  
*gatio.*

4 Harum impensar. exempla propo-  
 nuntur in vitium propagatione, arborum  
 curâ, & Seminarij factiōne, *in diēt.l.Vel si*  
*vites III.quę ſic exponimus, ne toti Iuris*  
*rationi, noſtriquè tractatus principijs re-*  
*pugnant: & oculis, ut aiunt, clauſis perſ-*  
*trigamus, vt quos viderim Auctores fe-*  
*cere. Vites duplicitè augentur, vel de no-*  
*vo conſitâ vitibus areâ Hisp. Maxuelo, vel*  
*vitium propagatione in eadem vinea, in-*  
*trà eundem limitem, vel ſepem obrutis*  
*terrâ palmitibus, exceptis extremitatibus,*  
*in vitium capita formandis aētis radici-*  
*bis, Hisp.Mugrones, de quibus generibus*  
*post Columellam, Alfonsus de Herrera*  
*lib.II.Agriculturæ cap.VI.cum ſequentibus.*

De primo ergò genere non valet accipi  
hic Textus; quia hæc impensa non est ne-  
cessaria, cùm maritus non debeat maio-  
rem vineam dotalem facere, tantumquè  
illi incumbat veterem conseruare: Erit  
Herculès vtilis, sicut de novelleto caue-  
tur, *in l.Veluti VI.de impens.* quia non dif-  
ferunt in ratione Iuris, adhuc si novelle-  
tum olivetum dicamus, de quo *infra sect.*  
*III: num.II.* differemus. De secundo ergò  
genere propagationis est hic textus acci-  
piendus, sed cùm mica salis; nam hæc im-  
pensa si parva sit, scilicet paucarum vitiū  
pro reficiendis senio confectis quamtu-  
mvis necessaria sit non minuet dotem: quia  
ad hanc impensam maritus tenetur pro-  
tutela fundi. Si verò impensa magna sit,  
quia ventorum vi, vel tempestate alia plu-  
res vites eiectæ, & eradicatæ fuere, tunc ne-  
cessaria impensa erit, quæ dotem minuet,  
adhuc si palmites à distantibus vitibus  
amputati de novo conserantur, non per  
terrā obruta pampinaria substituantur vi-  
tes, *l.Omnino XII.de Impens.*

5 Secundò proponit Consultus exem-  
*Hene strofa de Imp.*

B

plum

*Cura arborum.*

plum necelliarum impensarum in cura arborum, quod neutquam debet intelligi de amputatione, circumfossione, vel alio beneficio. Tum quia haec impensa respicit tutelam arborum, quam maritus tenetur de suo facere, l. Quod dicitur XV. de Impens. tum quia fructuum causâ fit, sed de refec-  
tione, siue substitutione nouarum arbo-  
rum in locum mortuarum, ut ait Textus  
in l. Impensæ XIV. de Impens.

6 Sed his obstante videntur textus in l. Agri XVIII. D. de Vſufructu, & in Novella LXIV. de Hortulanis, cap. I. vbi arbores substituere in locum demortuarum vſufructuario incumbit, ad differentiam vi ventorum eiectarum. l. Arboribus XII. l. Arbores LIX. D. de Vſufructu, Pet. Barbosa in l. VIII. §. Si fundus soluto matrim. num. XXII. Iac. Gothofredus in l. X. de reg. iur. Sed respon-  
demus maritum non teneri in quantum vſufructuarius, quia onera subit matrimo-  
nij ex fructibus, & deterioratio pertinet ad vxorem tanquam verè dominam, l. In re-  
bus XXX. C. de Iure dotium.

7 Nec in contrarium faciet, si repli-  
ce-

cetis adhuc si vxor verè domina sit, maritus tenetur ad vitium propagationem , vt diximus substituendo palmites in locum demortuarū vitium, vel senio confectarū: ergò substitutio arborum in locū de mortuarū nō debet pro necessaria impensa haberi ; nām respondemus magnum discrimen versari inter substitutionem vitium, & arborum: in his substituēdis major impensa est, ad quam maritus nō debet obligari : in illis est minor, tūm ratione eius, quod impenditur , tūm quā palmites , vt dicebamus terrā obruti citius fructus ferunt, quām arbores, & cūm fructibus impensa compensatur.

8 Tertium exemplum est seminarij factio. Seminarium ommissio A curs. qui in l. Item si fundi IX. §. Seminarij VI. D. de Vjuf. de horreo ubi frumentum ad seminanda arva reponitur intellexit , est locus subactus, in quo semina , aut vitium, aut arborum panguntur , vt cum ad certam quantitatem excreuerint stipites in aliud solum transferantur, de quo latè, & eruditè Budeus in *Annot. in pandectas* , in

Seminari factio.

d. l. IX. §. Seminarij, sed difficile est quod hæc impensa necessarijs annumeretur, nàm vel prædium dotale habebat seminarium, cùm in dotem fuit datum, vel non: si non habebat, ex eo quod prædium melius reddatur magis erit vtilis eius impensa iuxta suprà traddita: si habebat marito incumbit id renouare , curarequè tanquam instrumentum fundi, vt de fructuatio cauetur in d. l. IX. §. Seminarij. Sed respondemus prædium dotale seminarij non habuisse , quarè agit Consultus de factione seminarij pro agri vtilitate, non de renouatione, vel reparatione ; Verùm cum seminarium adeò necessarium sit in conseruationem arbusti, vt in eius factione non attendatur, quod melius reddatur, sed quod idem, & tale conseruetur, nàm vt ait Columella l b. III. de Re rustica, qui vineam, vel arbustum constituere volet , seminaria PRIVS facere debebit: potius necessarijs , quam vtilibus hæc impensa adnumeranda est.

9 Quæ doctrina roboratur alio exemplo necessariarum impensarum proposito in Labeone in l. I. §. inter necessarias III. de

*Impensis*, in projicendo moles in mare, vel flumen quod ut percipiatur, notandum est, moles in mare, vel flumen projicere nihil aliud esse, quia aggeres extruere ad oram maris, marginem vè fluminis aquis oppositos, ne exundantibus lymphys grandi damno prædium dotale afficiant id de populando, ut loquitur Vlpian. *in l. I. §.*

*Sed et si VII. D. Ne quid in flumine publico,* cumquè hēc munitio necessaria sit in perpetuam fundi vtilitatem, quidquid mari-  
tus in ea impenderit alveum mutando,  
flumen auertendo, cohendovè aquas ju-  
te necessarię impensæ recuperabit, *d. l.*

*Impensæ XIV. D. de Impens.* De aggeribus plura non insipida cumulare placidi effet laboris, ni præivisset doctiss. & erudi-  
tiss. Dom. D. Franciscus de Amaya No-  
tri Collegij eternum decus lugete Musæ si

suum diem, & vos non obliistis, *lib. III.*

*Observation. cap. IV.* En quomodo moles projicere, aggrefvè, quos fundus non habebat pro impensa necessaria reputatur, quia in conseruationem fundi talis, qualis in dotem fuit datus necessaria est, tūm

ob inundationis damna, tūm ad vitādam  
alluusionem, cuius adquisitio præter ratio-  
nē naturalem, de qua post antiquiores H.  
Donellus lib. IV. *Commentar. cap. V.* Gifa-  
nius in *l. Naturalem V. §. vltimo*, & se-  
quentib. num. XIII. *de Adquir. rer. dom. Mo-*  
*lina lib. I. de Primogenijs, cap. XVI. num.*  
*XVII. Tleutherus volum. II. Select. disp.*  
*XX. Thesi. V. vbi plures apud Bacovium,*  
*H. Grotius de Iure belli, lib. II. cap. VIII. ex*  
hac necessitate dependet, quasi vellent  
Consulti amissione glebæ alluvione de-  
crescentis plectere negligentiam in mu-  
niendis ripis, siue omissionem harum im-  
pensarum, ut ex Ageno Vrbico de limiti-  
bus agrorum notavit cultissimus, docti-  
simus, & sapientissimus Vir Salmanti-  
cæ, & Hispaniæ columnæ, qui solus tot  
potuit Viros foro dare, tot millia Sena-  
tuum numero adiucere, nostrisque tribue-  
re Togis Magnus Praeceptor meus, quem  
dein folo hoc mihi suavissimo, & reue-  
renti nomine laudabo Dom. D. Iosephus  
Fernandez de Retes in Supremo Castellæ  
Senatu Fisci Advocatus, in *M.S. de Civili*, &

Ausonius.

Na-

Naturali posseſſione , cap. V. num. IV. ergo necessaria eſt hæc impensa ex diſpoſitione Ciuii , & ex natura rei ſicut de faſtione ſeminarij dicebamus.

10 Has impenſas neceſſarias ſi mari-  
tus omiſſerit , tanti eum Iudex damnabit,  
quāti vxoris interfuerit fuſſe factas, ſi ob  
id res malē geſta ſit hoc eſt , ſi malē even-  
erit, ſi damno ſit dos affecta, *L. & in to-  
tum IV. D. hoc tit.* quæ neceſſitas impen-  
dendi marito incumbens non influit , vt  
neceſſariæ impenſæ reputentur , vt voluit  
Gloſſ. *in d. L.* IV. reprehensa à Gofredo:  
imò ex eo quod impensa neceſſaria eſt ad  
conſeruationem dotis neceſſitatēm impo-  
nit marito, vt eam faciat.

11 Verūm eſt animaduertendum ex-  
calce Text. *in dict. L. IV.* quod adhuc ſi im-  
penſa neceſſaria omiſſa ſit à marito , ſi res  
malē geſta ſit, non erit damnandus,dum-  
modò non ob id malē geſta ſit ; videlicet  
ſi ruentem domum non reparauerit , &  
caſu deuſta ſit , non tenebitur maritus ;  
quā nullo damno fuit dos affecta ob  
omissionem impenſarum. Sed obſtar, quod

ſi

si maritus ob omissionem reparationis domus tenetut in estimationem damni , non videtur potuisse ab hac obligatione liberari per deustionem domus : sufficiet eius innocentia, ut nō teneatur rationem reddere de incendio, & eius damno, quia casus fortuiti , de quibus D. Amaya lib. III. Obseruat. cap. III. ex num. IX. & Des. Heraldus lib.I. Animadvers. in Salmassij Obseruationes ad Ius Atticum, & Rom. cap. XV. at ab antecedenti obligatione per moram perpetuata , quo pacto eximi desiderare valet contrà , L. Electio XXVI. §. Si is quem IV.D.de Nox. action. L. Si eum X. in fin. D. Si quis cauit iud. fist. L. Item veniunt XX. in fin. D. e Pet. hæred? Quibus respodemus in hoc casu exitum tantum attendi , in quem confertur obligatio mariti de restituenda re dotali, quam eam accepit; unde si tempore restitutionis ob culpam mariti omittentis impensas deterior existat, tunc à Iudice damnabitur in interesse : si verò res perierit sine mariti facto , ut potè incendio , cum semper esset absutura mulieri liber maritus remanet. Quæ ratio

sine

Sinè exemplo non est in Iure , elegans præstat Paulus , in L. Is , qui ex stipulatu XLV. D. de obligat. & action. si qui promisit Sthicum in diem, ante diei aduentum Sthicum manumisserit , & is decesse rit antequam ab stipulatore promissor conveniretur,cum per eum non stet quominus traddatur , ab obligatione libera tur ; eni per factum manumissionis estimatio servi successit in locum rei , cuius debitor iam constitutus promissor per mortem servi liberatur , quia sinè eius culpa præstari nequit servus quando præstari debuit, & attento exitu de medio tollitur factum manumissionis , ut in dict. L. IV.omisso impensarum: idem cavetur, in L.Venditor XXI. D.de hæred.vel act. vend. de quo Suarez ad Leg. Aquil. lib.I. cap.V. sect.IV.num.IX. quod latius exponit Illustriß. D.Ramos , prosequutus quæstionem de interitu rei ante moram in M.S.de rebus cred. ad L. V. D. Eo tit. num. VIII. cum sequent.

12 Per contrarium si maritus im pensas fecerit in reparanda ruente domo,

Heneastrofa,de Imp.

C

&

& posteà incendio perierit , ratio habetur impensarum ; quia res non perijt culpâ mariti , ob quam impensis privetur : argumento Textus in L. Si vero XII. §. Si mihi IX. L. Qui mutuam LVI. §. Sumptus IV. D. Mandati , L. Quid ergo III. §. Sufficit VII. D. de Contr. tutelæ , & vt. aet. L. Sed an vltro X. §. I. D. de Negotijs gestis , L. Etiam si contrariam IV. C. Mandat. Quod si impensas maritus fecerit , & posteà eius culpâ domus deusta sit , impensas amittet ; nam cum propter incendium damnandus sit , absurdum esset ei vxorem solvere , quod non percepit , L. Si hæreditaria XXII. D. de neg. gest. Argumento L. Ex conducto XV. §. Cum quid. im III. D. Locat. quia quando culpa præcedit casum , tenetur quis de casu L. In his LXVI. D. Solut. matrim. L. Si merces XXV. §. Culpæ , D. Locat. in quo noto , quod si impensa fuerit maior damno passo , ratio erit habenda excessus , recuperabitque maritus quidquid vltre damni quantitatem impendit , ratio in eo consistit , quod duo sunt , & diversis temporibus facta , aliud

im-

impendendi, aliud delicti, vel culpe causantis incendium, in primo tempore Ius sibi quæsivit in quantitatem impensarum: in secundo Ius amissit pro quantitate damni: ergo cum non debeat puniri in plusquam deliquit, *L. Sancimus* XXII. *C. de Pænis*, *L. Rescriptum* VI. *D. de his, quæ ut indign.* *L. Ex factō* XLIII. §. *Iul. Longinus*, *D. de vulgar.* poterit recuperare excessum impensarum, si aliquis sit. Albericus de Rosate *in dist.* *L. Si hæreditaria* XXII. *de Neg. gest.*

13 Impensæ necessariæ dividuntur in alias, quæ in dotem fiunt, & alias, quæ extra dotem, *L. I. §. In necessarijs* II. *D. de Impens.* & in singulis diversum Ius constituitur; nam quæ non sunt factæ in dotem ipsam non minuant dorem, qui effectus est necessiarum impensatum, *ut sequenti Sect.* videbimus, sed ad negotiorum gestorum iudicium pertinent, scilicet quandò in vxorem ipsam impensum est. *G. Masius lib. II. Singul. opinion. cap. XII. num. II. de quibus accipio Textum in L. Facere* XXVIII. *D. Solut. matrim.* Vbi

in patrimonio reputatur mariti , quod impendit in vxorem , & ideo si conveniatur in quantum facere potest iuxta privilegium à Iure concessum , de quo magnus Hispanorum Scriptor , cui tale debet Ius Pontificum ex omnigena eruditione ornamentum , quale nec illud capere videbatur amisis . Klariss . Dom . D . Emmanuel Gonçalez Tellez , Salmanticensis Doctor , Vespertinus moderator , noster Conchensis contogatus , nunc Supremus Fidei Quæsitor , in cap . Odoardus III . de Solution . num . XI . habet ratio eius , quod impendit ; quia adversus eam actionem habet , & compensari id debet cum dote pro qua convenitur : facere posse , hoc est solvere posse , patet eam quantitatem , pro qua recuperanda habet actionem : igitur quia haec impensa in ipsam uxorem facta dotem non minuit ; sed uxorem obligat , à qua iudicio negotiorum gestorum consequi eam maritus potest .

¶ 4 At que in ipsam dotem fiunt eam minuant , ex quo retentio provenit , L . I . § . In necessarijs II . D . hoc tit . Vnde percipiatur

pitur ratio Textus in *L.* Sed si *Vir* XXXI. §. final. *D. de donat. int.* ubi docemur, quòd si maritus familię vxoris cibaria præstiterit, servos, vel ancillas uxoris aluerit distinguendum est, si servi in communi usu quasi dotales sunt, non intelligitur donationis, & ideo non condicuntur cibaria, quia in dotem impendit, quam conservate tenetur, quòd si servi sunt extrà dotem puta paraphernales, vel in uxoris usum retenti, vel venalitij, hoc est, in venditionem parati ab uxore de eius peculio, quia tunc maritus extrà dotem impendit donationis intelligitur, & cum inter coniuges non valeat condicetur impensum, *L. In his rebus LXVI. §. I. D. Soluto matrim. L. In voluptuarijs XI. §. I. D. hoc tit. Scip. Gentilis de donat. int. lib. I. cap. XXXVII. et lib. II. cap. XIII. Doctiss. P. Gibalinus lib. I. de *Vniversa negotiat.* cap. IV. artic. II. num. II.*

15 Sed quod dicimus donationem impensarum inter coniuges prohiberi, insinqui videtur ex Text. in *L.* *Quod si Vir XIV. D. de donat. int.* ubi permititur inter-

coniuges donatio pecunię ad reficien-  
dam exustam domum vxoris : cui respon-  
demus in donatione inter coniuges , ut  
prohibeatur requiri , quod donator pau-  
perior fiat , & donatarius locupletior , *L. Si*  
*sponsus V. §. Cum igitur XVI. D. de donat.*  
*int. Magnus Præceptor meus de donat. int.*  
*cap. V. post Gentil. lib. I. de donat. int.*  
*cap. XXXII. Vnde , etiam si vxor locu-*  
*pleteatur , cum maritus pauperior non red-*  
*datur , valet donatio in specie *L. Si Spon-**  
**sus. V. §. Si maritus XIII. D. de donat. int.**  
**L. Sed si vir XXXI. §. Quod legaturus VII.**  
**D. eodem : & per contrarium , etiam si**  
*maritus pauperior reddatur , dummodo*  
*vxor non locupletetur , donatio valet , *L. Si**  
**sponsus V. §. Concessa. VIII. D. de donat.**  
**int. & sic dict. L. XIV. acceperunt Acur-**  
**lius , & Cujacius , quos meritò omittit**  
*Scip. Gentil. de donat. int. lib. II. cap. VIII.*  
*alias rationes afferens , sed quę magis vi-*  
*get , est quę probatur à Magno Præcepto-*  
*re meo , ubi suprà num. XIX. scilicet in*  
*hac donatione cessare causam interdictio-*  
*nis , cum hę donationes non per avaritiam*

extor-

extorqueantur , sed ex misericordia hant: quapropter tantum valet , in quantum exigit necessitas uxoris , domusve refec-  
tio.

16 Subdividuntur hec impensae in dotem , & necessarium factae in alias , que fiunt in necessariam tutelam ipsarum rerum dotalium : & alias , que extra hanc tutelam fiunt: hec dotem minuant , secus illas L. *Quod dicitur XV. D. de Impensis*, disparitatis rationem tribuit Neratius , quia tueri res dotaes Vir suo sumptu debet , & ideo in eas non intelligitur impensum , sed id minus compendij percepisse , quod impensum est : sed que impensae ex his que ex illis reputentur? Nec Consultus generali regula valuit decernere , sed iudicis arbitrio commisit , qui ex genere , & magnitudine impendiorum definire debet , quia modica edificiorum dotalium refectio non minuet dotem , quamvis necessaria impensa sit , & in ipsam dotem tacta , L. *Omnino XII. D. hoc tit.* Vbi notandum est , quod si a marito in reparatione edificij dotalis plures modice impense

fiunt,

fiant, quę coniunctę magna impensa  
acerent, si in exiguo temporis spatio fa-  
ciat, modicoquę intervallō pro magna  
impensa reputabuntur: argumento Textus  
*in L. Si quis separatim X. §.I D. de Appella-*  
*tionibus*, vbi modicę impensę, quę singu-  
lę non ficerent notionem Principis, si  
coniunctę fuerunt in eadē actione, coad-  
vnantur in appellatione, ut de ea Princeps  
cognoscat. *Gofredus in diēt. l. Omnino XII.*  
Si verò inter vnam, & aliam impensam  
maiis temporis spatiū veniat pro mo-  
dīcis impensis reputabuntur. Qualibet per  
e attentā, nec habito respectu aliarum:  
argumento Textus *in L. Si idem cum eodem*  
*XI. D. de Iurisdictione*, cui potest figurari  
pecies *ex L. In negotijs XLIX. C. Th. de*  
*Appellationibus*, & p̄xnis earum. Quid si  
impensa magna sit semp̄ reputabitur  
vitori, adhuc si ex affectione videatur  
facta. *I. Garcia de Expensis, cap. IV. num.*  
*XXIV.*

17 Ex his impensis, quę adhuc si ne-  
cessarię sint, & in ipsam dotem factę at-  
camēn non repetuntur, sunt quę fructuum

causā

causâ fiunt, quas quartum genus impen-  
tarum dixit I. Garcia de expensis, cap. I,  
num. X. in quo refellendo non immoror,  
sat est videre Text. ab eo allatos in L. Im-  
pense LXXIX. D. de verbor. significat. &  
L. XLIV. tit. XXVIII. part. VIII. nullate  
nus aliarum impenatarum meminisse, quā  
necessariarū, vtilium, & voluptuariarum;  
he ergo impense cum fructibus compen-  
santur, L. Vel si vites III. §. nos generaliter,  
L. Fin. D. hoc tit. L. Fructus VII. §. impen-  
di XVI. D. solut. matrim. Menoch. consil.  
LXIV. num. XVII. lib. I. & de recip. possess.  
remed. XV. num. DXIII. & num. DXIX.  
P. Barbos. in L. VIII. §. fin. solut. matrim.  
Maritus constante matrimonio, sinē quo  
res dotales consyderari nequeunt, L. Dotis III.  
D. de iure dotum, ipsarum rerum  
fructus suos facit, L. Dotis VII. L. Plerumquę  
X. §. sed fætus III. L. Cū in fundo LXXVIII.  
D. de iure dot. L. Fructus VII. L. Si fundus  
VIII. L. In insulam XLII. §. fructus, L. Vsus  
fructus LVII. L. fin. D. solut. matrim. L. Pro  
onerib. XX. L. Fin. §. præterea II. C. de iure do  
tum, L. Vn. §. cumquę ex stipulatu IX. C. de

rei vxor. aet. Cap. Salubriter XVI. de usuris,  
L.XXVI. & seq. tit. XI. part. IV. Magnus  
Præceptor meus in M. S. de fructib. ad tit.  
D. de re iud. sect. III. consecr. I. num. XXXIV.

18 Contrà quæ sic argum. qui fructus  
fundi alieni percepit non consequitur  
impensas, sed eas donare domino credi-  
tur, L. Si servus XXVII. §. si olivam XXV.  
D. a leg. Aquil. (de quo Suarez ad L. Aquil.  
lib. II. cap. III. sect. V.) Ergò impensa fruc-  
tum quærendorum causâ non compen-  
satur cum fructibus. Sed respondetur ne-  
gando consequentiam ex Text. in L. Fruc-  
tus VII. D. solut. matrim. L. Si à domino  
XXXVI. §. fin. D. de hæred. petit. quod adeò  
verum est, ut etiam malefidei possessor  
has expensas deducat ex fructibus, L. Si à  
domino XXXVI. §. fin. L. Planè XXXVIII.  
D. de hæred. petit. L. Ait Prætor X. §. &  
fructus XX. quæ in fraudem cred. L. Do-  
mum V. C. de rei vind. nàm adhuc si quis  
rem cum fructibus iubeatur restituere,  
expensas deducit, quia fructus debent cō-  
putari deductis impensis. Tiraquell. de  
retractu lignag. §. XV. glossa I. Arias Pinelus

in L. II. C. de rescind. vend. II. part. num.  
LXI. I. Garcia de expens. cap. I. ex num.  
XII. Hillig. ad Donel. lib. XX. cap. VII. lit.  
F. D. Covarrub. lib. I. variar. cap. III num.  
III. Escobar de ratiocin. tom. II. cōputat. XIII.  
P. Barb. in L. Fructus VII. solut. matrim.  
num. VII. Nec obstat dict. §. si olivam, in  
quo creditur impensas donare, qui fruc-  
tus ad se non pertinentes percepit ex fun-  
do, quem non possidebat, ut docet Cujac.  
lib. X. observat. cap. I. R. Bachouius in §.  
ex diverso XXX. Inst. de rer. diuisi. Faciunt  
L. Adèo VII. §. penult. de adq. rer. §. certè,  
Inst. de rer. diuisi. L. XIV. de donat. quia  
non impedit sibi, ut qui sciens in rem  
alienam, quam possidet sumptum facit  
animo sibi gerendi rem, non alij, cum sit  
possessionis dominus, quam revocante  
alio meritò ei reputabit sumptus. P. Bar-  
bos. in dict. L. Fructus VII. solut. matrim.  
num. VIII. Sarmiento lib. I. interpretat.  
cap. X. num. XIII. Magnus Präcept. meus  
in M. S. de fructib. lib. I. num. XII. Iac.  
Mæstertius pag. mihi CCXXIII.

19 Nec obstat L. Sumptus LXI. D. de

leg. I. Vbi legatarius impendens in rem sibi legatam sub conditione , & ab hærede possessam sumptus non amittit , quia sibi impendit propter spem sibi restituēdē rei in eventum conditionis. P. Barbosa in *L. Domos LXI.* illi de leg. I. in posthumis , ex num. XXXIII. Nec impensas necessarias aliquis creditur donare cùm possideat ; quia cùm possessori pereunte , vel deteriorata re ob impensas omissas , negligentia imputetur , *L.* Et qui LIV. §. fin. *D.* de hæred. petit. coactus intelligitur impendisse , non sponte , & cùm nemo in necessitatibus liberalis existimetur , *L.* *R*em legatam XVIII. *D.* de adimend. legat. ex eo non habet locum præsumptio impendendi animo donandi , & habet deductionem impensarum : argumen. *L.* Si fideiūffor VII. §. I. *D.* qui satisd. cog. sed non possidenti negligentia imputari nequit , quarè præsumptio habet locum.

20 Nec obstat Text. in *L.* I. C. de infantibus expositis , ubi docemur impensas alimentorum , quę necessarię sunt , *L.* Quod dicitur XV. de imbensis . Non consequi fu-

rem

rem posseſſorem; nām reſpondetur furi  
negligentiam non imputari, quā per-  
eunte, vel deterioratā re ſemper tenetur  
condicione furtiva in quantum plurimi  
res fuit. *L. Si pro fure VII. §. fin. L. In re*  
*VIII. L. Finali, D. de condicione furtiva,*  
*L. Servum XXX. D. de actionibus empti,*  
*L. I. §. reclivissimè XXXI. vers. Denique.*  
*D. de vi, & vi armata, L. Inter omnes XLVI.*  
*D. de furtis: igitur dōminum obligare non*  
potest, qui potius tenetur Lege Flavia de  
plagiarijs, *L. I. & ſequentib. D. ad Leg. Fla-*  
*viam. Sic hanc L. & L. Ex argento XIII.*  
*D. de condicione furtiva, omissio Fabro*  
*l. b. II. conieeturar. cap. I. num. IX. & tradditis*  
à Barbos. in *l. VIII. §. fin. folut. matrim.*  
*part. I. num. LIX. exposuit eximius Vir*  
Ovetensis Maioris Collegij, & noſtre  
Academię ornamentum, quem togato-  
rum idæam ante nos ferre deberemus, ut  
ad eum mores noſtri, & ſtudia ſe exige-  
rent, Klariff. Dominus D. Laurentius  
Sanctos de S. Pedro, Supremus Castelle  
Senator, in *M. S. ad Aristonis reponſa* (heū  
meç Camœneſ! privata eripuit invidē

Seneca Epift.  
XI.

flamma vestras iam diu ambienti luci  
publice gazas, inhianti) in L. In voluptua-  
rijs XI. de impens. videsis Cissaneum in  
Cathal. glor. mundi, part. XI. considerat.  
XXXIII.

21 Ratio verò, ob quam maritus lu-  
crifacit fructus prædij dotalis, est domi-  
niū, quod maritus habet in rebus dotalib⁹,  
*L. Dotale XIII. §. dotale, D. de fundo dotali, L.*  
*De diuisione V. D. solut. matri. L. Doce IX C. de*  
*rei vindicat. L.* Si prædiū XXIII. L. In rebus  
XXX. C. de Iure dot. Princip. Instit. quibus  
alienare licet, vel non, Iac. Cuiacius in L  
XX. C. de paſt. quamvis aliter sentiat Fon-  
tanella de paſtis nuptialibus clausula VI.  
glossa II. part. I. ex num. V.

22 Sed vnde hoc dominium illi ac-  
quiratur in comperto erit, si animadver-  
tamus, quod olīm si per coēmptionem,  
imaginariamquè venditionem matrimo-  
nium celebrabatur, vxor efficiebatur filia  
fam. marito, omniaque bona sua in po-  
testatem Viri transferebat, de quo Præ-  
ceptor meus lib. I. opuscul. cap. IV. num. X.  
ad cuius oram longam Auctorum seriem

inve-

invenietis hæc traddentium, quibus addi-  
te Dom. Gonçalez Tellez *in cap. significa-*  
*vit II. de donation.int.num.IV.* Vnde si ali-  
qua vellet sibi in proprios usus reservare,  
debebat facere per impetrationem pecu-  
lij, ut filia fam. Maga. Praecept. meus *lib.*  
*V. opusc. cap.I. ex num.VI.* Ergò bona do-  
talia per hoc matrimonij genus mariti  
fiebant ex Iure Quiritum, siue in eius do-  
minio Quiritario manebant dotis nomi-  
ne, ut ait Cicero *in Topic. ad Trebat.* ibi:  
*Cum mulier viro in manum convenit, omnia,*  
*quæ mulieris FVERVNT, viri fiunt DOTIS NOMINE;* id est, ita ut disoluto  
matrimonio statim recurrerent ad mulie-  
rem: defunctâ verò in matrimonio uxore  
remanebat dos penes virum, Boëtius Se-  
verin. *in dict. loco Ciceronis*, ex qua cau-  
sa proveniebat maritum posse servum do-  
talem manumittere, eique plenam con-  
ferre libertatem, *L. Dotalem LXI. cum se-*  
*quentib. D. solut. matrim. L. Intestato III.*  
*§. si dotalem, D. de suis, & legit. Praecept.*  
meus *lib. III. opusc. in L.* Hæc actio LXV.  
*D. solut matrim. præferrique vxori in vin-*

dica-

dicatione rei dotalis, dict. L. Doce IX.C.de rei vind. quâ erat, ut diximus, Dominus Quiritarius, L.I. §.per hanc, D. de rei vind. Suarez ad L. Aquil. lib.I.cap.V.sect.III. qui hæc uris antiqui mysteria eruditè refe-  
rat.

23 Quod si per usum matrimonium celebrabatur, dominium quiritarium penes vxorem remanebat, & bonitarium transibat in maritum ex causa dotis, penes quem erat dum durabat matrimonium, L. Quamvis LXXV. D. de Iure dot. L. Lu-  
cius XX. §.idem respondit IV. D. ad municip. Suarez ubi supra ex num. XXV. quem pe-  
tite, nam scribere, non exscribere mei  
genij est; sed cum utroque casu vxor per  
rei vxoriæ actionem soluto matrimonio  
res suas recuperasset, nec alienatio per-  
mitteretur marito fundi dotalis ex L. Iu-  
lia, maritns censebatur olîm, censemque  
dominus advmbratus, & vxor est vera, &  
legitima domina, & hoc respectu loqui-  
tur L. In rebus XXX. C. de Iure dot. Arn  
Vinnius.in prin.Inst.quib.alien.licet, vel non,  
& qui docta manu hæc, ut omnia tractat,

&amp; in

& in utrum torem cumulat, digerit eruditiss. Dom. D. Petrus de Salcedo. Regius Senator *in theatro honoris*, sive honore litterarum *glossa* LII. Naturale dominium vocant Pragmatici nostri, quod mulier habet Fontanella *dict. clausula* VI. *gloss.* I. part. II. num. XI. usque ad XIX. Castillo de *usufruct. cap.* IV. ex num. V. Molina, & addentes *lib.* I. *de primogenijs*, *cap.* XXIII. *num.* VI. Vnde quidquid acquirit servus dotalis vxori acquirit, *L.* III. *D. de fund. dot.* *L.* *Servus* LVIII. *D. solut. matrim.* *L.* *Ad. itio* XLV. §. I. *D. de adquirienda hæredit.* Quoad fruitionem vero, & administrationem, maritus Dominus est, ut docet Cujac. *in L. Vnica*, §. cumque ex *stipulatu*, *C. de rei uxorie act.* & ideo, que in fructu non veniunt ad vxorem, non ad maritum pertinent, *L.* *Si proprietati* IV. *L. Plerumque* X. §. *si prædium*, *D. de Iure dotium*, *L. Fructus* VII. §. *si fundum* XII. *D. solut. matrim.* *dict.* *L. Vnica*, §. cumque ex *stipulatu*, *C. de rei uxorie act.* Ant. Gomez *in Leg. L. Tauri*, *num. XXXIII.* Ioannes Corpus *de fructibus*, *lib. III. tit. II. Praecept. meus*

*Henestroffas de Imp.*

E

in

in M. S. de fructib. sect. III. confess. I. num.  
XXXVIII.

24 Ergò duo conſyderantur domini eiusdem rei diversis respectibus, L. De die VIII. §. I. vbi A. Faber in rat. L. Sciendum XV. §. si fundus, D. qui satisf. cog. Hillig. lib. XIV. comment. Donelli, cap. IV. lit. F. Galvanus de uſu fructu, cap. XXII. num X. ſicut fundi vectigalis dominium direc- tum eſt penè Civitatem, utile penè con- ductorem in perpetuum, L. I. D. si ager vec- tigalis, L. Cùm sponsus XII. §. iu vec- tigalibus, cùm ſequenti, de publici. L. Lex vec- tigalis XXXII. de pignorib. L. Si finita XV. §. si de vec- tigalibus XXVI. de danno inf. Donel. & Hillig. lib. IX. cap. XIV. Pinel. in L. I. C. de bñ. matern. III. part. numer. XI. Alvarus Valascus de iure emph. th. lib I. quæſt. I. Caldas Peteyra de renovat. emph. heusis, I. part. quæſt. XIII. ex num. XI. A. Pich. in princ. Inst. de interdic̄l. & quo- nodolibet matrimonium contrahatur, maritus habet ſufficiens dominium ad ad- quisitionem fructuum, cum quibus com- pensantur impensæ factæ eorum perci- pien-

piendorum causâ dûm constat matrimonium, L. Si ante VI. D. solut. matrim. L. I. §. & primum II. D. pro dote, ex quo traddita dos est L. De divisione V. D. solut. matrim. L. XXVI. tit. XI. part. IV. & subiij onera matrimonij L. In Insulam XLII. §. vñuras III. D. solut. matrim. iunctâ L. Si quis XXI. §. vlt. de donationib. int. L. Ultima, in princ. D. de doli mali exception. P. Barbola in dict. L. De divisione V. D. solut. matrimonio.

25 Validior est ratio adquirendi fructus in dote estimata, quia per traditionem transfertur plenum dominium in maritum, cum estimatio emptioni sit similis, L. III. D. pro empt. L. Si ut certò V. §. & si forte III. D. commod. L. Plerumque X. §. inde querit. L. Cum post divorcium LXIX. §. in dotem, D. de iure dot. Harmenop. lib. IV. tit. VIII. argumen. L. Eius rei XLVI. de rei vind. L. Sed et si VII. §. I. D. de publiciana, L. I. de aestimat. act. L. Si pro re XXII. de eviction. L. Si propter XXII. rerum am. L. Si prædium IV. C. de eviction. & ob id maritus omne emolumentum ex

dote percipit, adquirit, adhuc, quod in fructum non venit, periculumque omne subit. L. Aestimatæ LI. D. solut. matrim. L. Plerumque X. in princ. & §. si ante X. cum seq. dict. L. Cum post divorcium LXIX. §. fin. D. de iure dot. L. Ex conventione XI. Cod. de paclis, L. I. L. Quoties V. L. Cum dotem X. C. de iure dot. dict. L. Vnica, §. cumque ex stipulatu, C. de rei vxor. act. P. Barbos. in dict. L. Aestimatis L. Cujac. in dict. L. §. cumque ex stipulatu, D. Covarrub. in pract. cap. XXVIII. Menoch. de presumpt.lib.III.præsumpt.CCCCLXIV. cap. VII. num. XIV. Fr. Hothmanus in disput. de dotib. P. Farinacius in repertorio pos thumo, de contractib. quest. XXVII.H. Donel. & Hillig.lib.XIV. commentar. cap. VII. H. Trevthlerus disput. III. Thesi IV. & V. M. Aurelius Galvan. de usufructu, cap. XXII. num. VII. Lyyclama VII. memb. eclog XXVI. §. I. Castillo de usufructu, cap. IV. num. VII. Giurba ad conf. Messan. cap. XV. gloss. I. num. VI. Fontanella de pacl. nupt. claus. V. gloss. VIII. part. XIII. à num. XXV Gutierrez de gibell. quest. XXV. & lib III

præct

pract. quest. LXXVII. Trentacinquiūs lib.  
III. variar. tit. de iure dot. resolut. I.

26 Hoc procedit quando absoluē, & simplicitē res estimata in dotem datur, sed solet pactum in continentī interponi cum estimatione, quod estimationis invertit naturam, quadruplexquē proponitur à P. Barbos. in dict. L. *Æstimatis* L. D. solut. matrim. num. XXIX. Ex quibus vnum est, quando res estimantur sub legē easdem reddendi, quę non est propria estimatio, sed taxatio, de qua in dict. L. Cūm post divorcium LXIX. §. cūm res D. de iure dotium, ut in L. Cūm pater LXXVII. §. pater XXX. D. de leg. II. I. Cuj. lib. IV. responsorum Papiniani, in dict. L. LXIX. nec desinunt esse dotales quamvis estimatę sint, in qua specie ancilla dotalis cum partu debebat restituī summo iure, cūm partus non sit in fructibus ad maritum pertinentibus, L. Vetus LXVIII. D. de ysufruct. L. I. C. solut. matrim. de quo Dom. Ramos, laudatus à Magno præceptore meo in M. S. de verb. obligat. part. I. tract. I. num. XXIII. Aliud pactum interponeba-

tur

tur favore vxoris, ut soluto matrimonio,  
si res dotales extent traddantur, si verò de-  
terioratè existant earum pretium, ut vxo-  
ri libuerit, L. Plerumquè X. §. fin. D. de iu-  
re dot. quo casu emptio pura contrahitur  
in tradditione: sed quandò soluto ma-  
trimonio appareret status rei, resolvitur per  
conditionem, si vxor eligit fundum: quòd  
pertinent Textus in diēt. L. Aëstimatis L.  
& in L. Si inter XXI. C. de iure dot. L. Si  
mancipia XVIII. D. eodem tit. ubi commo-  
dum, & damnum mancipiorum ad mari-  
tum pertinere docet Pomponius sicut in  
dote sive pacto estimata, L. In his LXVI.  
§. mancipia, D. solut. matrim. L. I. C. eodem  
tit. videte Dom. Amaya lib. III. obser. cap. I.  
§. I. numer. XXX. Quod si deterioratio  
non contingebat ex culpa saltē levissi-  
ma mariti, sed casu fortuito maritus non  
tenebatur ad supplementum estimationis,  
ut docet P. Barbos. ubi supra num. XL.  
Est hīc notandum, quòd in isto casu ma-  
ritus fundum vendere nequibat, nè præ-  
judicaretur vxoris electioni, L. Quod si  
XI. D. de fundo dotali, L. I. C. eodem tit.

quod

quod si volente uxore alienaverit maiori  
pretio, totum, vel fundum restituere te-  
netur, L. fin. D. de pactis dotalib. de qua  
Præcept. meus in M.S. de fructibus, sect. III.  
consecratio I. num. XL.

27 Per contrarium estimatio fit fa-  
vore mariti, videlicet, ut in mariti sit ar-  
bitrio reddere rem estimatam, aut eius  
pietum, quo casu potest rem, licet dete-  
rioratam reddere, si vero res perierit, te-  
netur estimationem præstare; quia debet  
alternativè, & deficiente una re præcise  
altera debetur. L. Cum res XLVII. §. sed si  
Sthicus III. D. de legat. I. L. Si Sthicum XVI.  
D. de verb. obligat. L. Sthicum XCV. D. de  
solutionib. non tamèn deficit omnino res  
si facta sit deterior dum extat L. XVIII.  
tit. XI. part. IV. L. Plerumque X. §. fin. cum  
L. Seq. D. de iure dotium, quam audacter  
emendavit A. Faber lib. VII. coniectur. cap.  
V. exponit Petrus Barbos. in L. Æstimatis  
LI. solut. matrim. num. XXX. ex natura  
obligationis alternativè, ut hic pertineat  
damnum interitus ad maritum, quia defi-  
ciente re tenetur ad premium, & damnum

dete-

deteriorationis ad vxorem, quia res deteriorata potest reddi sic Barth. Natta, & Socin. relati à Barbola, & D. Covarrub. *pract. cap. XXVIII. num. V.*

28 Sed casu quo electio fuit uxoris posteaquam soluto matrimonio, ille, cui ex pacto reservata fuit electio, dotalem rem elegit, sibique petijt restitui, emptio, & venditio dotis intelligitur resoluta, que à principio pura fuit celebrata, & ex emptione res dotalis marito fuit adquisita, ut contingit in addictione in diem, quo casu eâ lege res venditur, ut meliori allatâ conditione ab emptione discedatur, quia emptio est pura, & sub conditione resolutur, L. *Quotiens II. D. de in diem addict.* vnde ex Iuliani sententia maritus fructus fundi dotalis iure dominij, sibi acquirit, eisque onera matrimonij sublevat. L. *Pro emptore II. §. si in diem IV. D. pro empt. dict.* L. *II. §. I. D. de in diem addict.* L. *Idem VI. eodem.* Verum ea debet animadverti differentia quod licet in addictione fructus venditori restituuntur resolutâ emptione, dict. L. *VI. L. Imperator Severus XVI. D. de*

*in diem addictionis.* maritus fructus non restituit, quia ijs matrimonij onera sublevavit, *ut in dict. L.XVI.* impensē iubentur rependi ad fructuum restitutionem: nec inficiamur D.Covarr.practic.cap.XXVIII. num. V. post plures antiquos docuisse, hanc pactionem, non esse veram venditionem; sed id debet intelligi attento exitu restituendi ipsam rem dotalement, ut ipse eximius Vir exponit, ac si diceret, non esse firmam, absolutamque venditionem, cum possit resolvi, & sic ex vicinitate cum addictione in diem libuit Iuliani sententiam sequi protrahereque ad nostram questionem rationem eius contrā Ulpianum, & alios, *in dict. L. II. §.IV D. preempt, notat Gothofr.litter. D.*

29 Hic exponi debet Textus *in L. Fructus VII §. impendi XVI. D. solut. matrim.* ubi cavetur, quod si maritus edificium fulserit, egrumve servum curaverit, hec impensē cum fructibus compensantur. atquā hē impensē necessariē sunt, ut expressē asserunt Consulti *in L. I. §. final. L. II. D. hoc tit. ergo non debent compen-*

fari cum fructibus, ut ex, quas fructuum causâ fieri diximus, vel necessarię impensis dotem non minuant. Cui difficultati respondemus ex doctrina Bartholi *in dicto §. impendi XVI. num. I.* quam immerito refutat Doctiss. Lusitanus P. Barbos. *in eodem §. num. XIII.* quod in curando servo, vel fulciendis domibus poterit esse impensa necessaria, quę dotem minuet iuxta Text. *in dict. L. I. §. fin. L. II. D. hoc tit.* si scilicet impensa magna sit: vel poterit esse ex ijs, quę cùm fructibus compensari debent, si scilicet modica sit, iuxta doctrinam Textus *in dict. L. Quod dicitur XV. D. hoc tit.* & sic *in dict. §. impendi,* & *in L. Omnid. XII. D. de impens.* de his modicis impensis agunt Consulti, quę à Iudice debent reputari extrà iudicium de dote, & cùm fructibus compensari, nec facile erit animum impendentis indagare, ex quo iuxta Barbolam natura impensarum cognoscatur: nec ex eo quod de re fructus percipientur eorum causā fecisse impensas satīs liquet, cùm omnis servus credatur operas, sive servitium in mariti com-

modum præstare , vncè tutior videtur distinctio Bartholi , cui subscripsere P.de Castro in dict. §. impendi , num. XX. Alexand. num. I. Zasius num. VIII. Camp. de dote II. part. quæst. XLIV. quorum sententia elegantè robatur ex Text. in L. In rebus XVIII. §. possunt II. D.commod. qui prædictam distinctionem expressè tradidit , iuxta quam est accipiendus Text. n L. Sicùt XLV. D.de vñfr. quæ de modicis impensis loquitur,

30 Sed hæc distinctio , non absolute accipienda est , nàm et si eam tutissimam defensemus , quoad præsumptionem , ut omnis magna impensa credatur facta in perpetuam conservationem , & utilitatem rei dotalis ; attamen si aliundè constat causâ fructuum maritum impendisse nullatenus reputabitur necessaria , ut dotem minuat , sed cum eisdem fructibus compensatur ex generalitate decisionis Textus in dict. §. impendi , L. final. D. hoc tit. ibi: Quæcumque impensæ quærendorum fructuum causâ factæ ; ergo si constet factas quærendorum fructuum causâ nullam ha-

bebit maritus eo nomine ex dote deductionem. Sic & omnis modica impensa cum fructibus compensatur ex absoluta decisione Text. *in dict. L. Omnia XII. D.hoc tit.dict. L.* *Quod dicitur XV.D.eodem,* quia maritus tenetur res dotaes tueri suis sumptibus, dummodo sumptus non equent compendium ex re dotali percipiendum ad levanda matrimonij onera; nec recurritur ad presumptionem, cum modica impensa fuit, nam etiam si impendisset animo obligandi vxorem ex ipsa necessaria impensa, non animo eam compensandi cum fructibus, nihilominus si modica fuit cum fructibus compensabitur, nec vxorem obligabit, sed reputabitur ex propria obligatione facta, quam habitâ cautelâ admittimus doctrinam P. Barbosæ *vbi supra.*

31 Sic similiter exponimus Text. *in L. Si id quod XXVIII. §. I. D.de donat. int.* *vbi distinguit Consultus impensas à marito factas in pueros editos ex ancillis dotibus, ut si respiciant vitam puerorum necessariæ sint, & ideo marito servari,*

qua-

quarum ponit exempla in salarijs nutrīcūm , & redēptionē à latronibūs : si verò eorū tantū maiorem c̄stimationem , & conservationem respiciant cum fructibus , sive eorum servitio compensari , tanquam debitę in tutelam necessāriam , vel animo augendi fructus , scilicet in alimenta , & doctrinā eorum: in hoc Textu duo impensarū genera īvenimus , primō necessaria est impensa , quę dotem minuit , ea quę fit in salarijs nutrīcūm , & in redimendo à latronibūs ser-vo dotali , sed quarē hę necessarię sint in comperto non est , nec aliquis ex his , quos hucusquę vidi , viā trivit , nec forsā salutavit . Dico ergo ex suprà traddita distinctione has impensas necessarias esse , quia magnas præcisę , magnasquę esse ; quia respectu ipsius rei dotalis , in quā im-penditur nullatenū possunt modicę esse , quę ferē exequāt totius rei c̄stimationem , quod patet , nām servi pretium latronibūs fuit persolutū in eo redimēdo , ergo tanta est impensa , quanta servi c̄stimationē : quan-dō verò maritus salario nutricibus persol-

vit evidenter constat non impendere ratione fructuum, quos nulos ab infante expectare valet cum impendit, & ideo non dat pro fructibus, sed *pro capite*, ut ait Consultus, quarè non est deveniendum ad præsumptionem modice impensa; immò nec modica potest reputari ratione præsentis pretij teneri servuli. Deinde quia frequentè nutricibus, præter alimenta, salario dantur, vel salario, que excedant alimenta, ergò cum alimenta nutricum corrispondent alimentis debitibus servulis, salario excedunt obligacionem mariti, & ideo magna, & necessaria impensa reputabitur, & sic mulierem obligabit, à qua debet hæc impensa marito rependi Scip. Gent. *de donat.int.lib.II. cap. X.* & hæc fuit decisiva ratio Consulti in L. *Apud Celsum IV. §. si minor IX. D. de doli mali, & met. except. quia ibi erat infans servus. Cujac. lib. IX. observat. cap. XXXVIII. & tract. IV. ad African. in L. Cym & forte XLIV. D. de actionib. empti. Fornerius I. rerum quotidian. cap. XXI. Præcept. meus de donat. cap. XI. num. IV. Quæ de*

de servis dotalibus sicut habete, sed *in dict.* L.XXVIII. §. I. non agitur de servis dotalibus, sed de editis ex ancillis dotalibus, qui ad vxorem pertinebant, *L. Plerumque X. §. si servi II. D. de iure dot.* Vnde nec dos ibi deminuitur, quia impensa non fuit in res dotaes facta, sed servantur impenses pro quibus recuperandis actionem habebit maritus; quomodo Text. accipimus alijs omisis, quorum doctrinam in servis dotalibus lubenter amplectimur.

32 Quę maritus in doctrinam servorum impendit, ut eos meliores reddat, naturam sequuntur earum impensarum, quę fructuum causā fiunt, & ideo cum fructibus compensantur, nec marito servantur, cùm servorum vtatur ministerijs; nec obstat quod id, quod in doctrina eorum impendit, sit, ut eos meliores reddat, ob quam rationem videtur has impensas vtilibus esse anumerandas, & ideo videtur servari debere marito saltim per deductionem, vel actionem, vt ceterę vtiles impenses, de quo *infra Sect. IV.* Nam respondemus hīc non agi de doc-

*Doctrina seruo-  
rum.*

trina

trina artium liberalium , de qua accipi-  
mus Textum in L. *Velutî VI. D. hoc titulo*,  
*ibî: Si servos artes docuerit: sed de ea, que*  
*necessaria est, ut melius serviat, scilicet*  
*alicuius artis mechanicæ, cui incumbere*  
*in maius domini compendium valeat, &*  
*cùm in tali disciplina, interesse mariti ap-*  
*pareat, cum operis servi compensatur,*  
*quod impensum est: nèc datur deductio-*  
*in hâc L. Si id quod XXVIII. §. I. D. de dona-*  
*tionibus inter virum, & uxorem.*

*Bonæ fidei pos-*  
*sessor.*

33 At diversimodè stabilitur de alijs  
personis; nàm bone fidei possessor si in  
disciplinam servorum impendat, licet re-  
gulariter impensas amittat ex Textu in  
L. Si autem XXVII. §. finali , D. de rei vin-  
dicatione , attamen si servus venalis erat,  
cùm ratione discipline maius pretium  
dominus percipiat , impensas refundere  
debet. L. *Nisi si venalem XXIX. D. de rei*  
*vindicatione , Suarez ad Leg. Aquil. lib. I.*  
*cap. V. sect. V. num. XXVIII. similitè si*  
*Dominus dives est prohibetur locuple-  
tari cum alterius iactura , de quo casu est*  
*acciendi Textus in L. I. C. de infant.*

*exposit.*

*exposit. de quo infrà sèct. III. num. XII. Petrus  
Barbosa in L. VIII. §. finali, soluto matrimo-  
nio, num. LXX. Sarmiento lib. I. select. cap.  
X. num. II. & IV.*

34 Similiter *emotor* actionem habet  
exempto pro recuperandis impensis in  
disciplinam servorum factis contrà ven-  
ditorem evictâ re, dummodò excessivè  
non sint, *L. Titius XLIII. verfic. de sumptu-  
bus. D. de Actionibus empti*, de qua *Cuiati-*  
*tus lib. V. quæstionum Pauli*. Nec obstat,  
quod *emotor* ibi bonę fidei possessor est,  
§. si quis à non domino XXXV. *Institut. de*  
*rerum diuisione*, & ideo videtur debere im-  
pensas amittere, ut dicebamus, nàm in  
dict. *L. Si autem XXVII. §. finali, D. de rei vin-*  
*dicatione*, agitur de bonę fidei possessore  
respectu domini vindicantis, à quo extor-  
quere non debet impensas eum cogendo  
servo carere, at in dicta *L. Titius XLIII. agi-*  
*tur de bonę fidei possessore respectu hæ-*  
*redis vendentis servum*, quem post an-  
num manumittere debuit, nullâ factâ  
commemoratione fidei commissarię li-  
bertatis, à quo, manumisso iussu *Prætoris*

*Emotor.*

servo, debet emptor recuperare quidquid eius intersit intrā duplum. *L. Cum & forte XLIV. D. de actionibus empti.*

*Creditor.*

35 Deindē si creditor in instruendo artificijs servo pignorato impenderit ex voluntate tacita, vel expressa debitoris impensas recuperat. *L. Si servos XXV. D. de pignorat. act. de quo postea, vel si hæc impensa necessaria erat ad usum servi, cuius vacuo ministerio debitor vtebatur, L. S' pendentes XXVII. §. II. de usufructu, quia servo nulla doctrina est aliter necessaria, vnde non comprehenditur a nomine alimenterorum, si hæc legentur, L. Legatis VI. D. de alimentis, & cibar. leg. noster Valentia lib. III. illustrum tract. III. cap. I. num. VI. Gentilis de alimentis, cap. II. A. Barbosa de Offic. Episcop. II. part. allegat. XX. num. IX. Ex tacita voluntate emptoris, etiam impendente venditore in doctrinam servi venditi antequam traddatur, habet actionem ex vendito pro impensis recuperandis. *L. Julianus XIII. §. præterea XXII. D. de actionib. empti. Usufructuarius denique has impensas cum fructibus compensat, in diet.**

*Usufructuarius.*

*dict. L. Si pendentes XXVII. §. II. D. de yu-fructu.*

36 Alterum exemplum à Consulto traditum in dict. L. XXVIII. §. I. alimenterum puerorum cādem regulā mettitur ac doctrinā, & equiparatur agrorum culturę annuę, nām licet hāc necessaria sit, ut fundus conservetur, maximē si vinea, vel hortus sit, attamēn cum singulorum annorum vtilitatem respiciat cum fructibus compensatur, sic licet ad vitam servorum alimenta necessaria sint, cūm eorum servitio, sive ministerijs compensantur, quia singulorum dierum vtilitatem respiciunt, & in talem tutelam fiunt, qualem proprio sumptu maritus tenetur adhibere, *dict. L. Quod dicitur XV. D. hoc tit. L. Item XXX. §. I. ibi: Sed cibaria, D. de ædilit. edicto.*

37 Quodsi maritus prædictas impenas fecerit causā fructuum, & antequām fructus perciperentur solutum sit matrimonium, mulier tenetur fructuum partem restituere habitā ratione expensarum, & temporis, *L. Fructus VII. §. inter-*

*Alimenta ser-vorum.*

dum XV. *D. soluto matrim. & ibi F. Duarenus*, & per contrarium si maritus cum matrimonium contractum non constitisset per integrum annum, fructus perceperisset, tenetur vxori restituere partem pro rata temporis, quo onera matrimonij non substatuit, exemplo haec doctrina, & difficillima iura capientur: si matrimonium esset contractum Kalendis Octobris, illicò què percipiatur vindemia, solutumque sit matrimonium Kalēdis Novembbris, non debebit maritus totos viademā perceptos fructus lucifacere, retinere, sed quia uno mense onera Matrimonij substatuit, duodecimam partem vindemie lucrabitur deductis impensis, quas in ea colligenda fecit, quod ita debet computari, totius anni culturae vineæ debet haberi ratio videlicet amputationis, fossilis, vel arationis, &c. Et vindemiae, & huius cumuli duodecimam partem maritus solvet, percipietque duodecimam partem fructuum in vindemia collectorum. Per contrarium: Si matrimonium solutum esset Kalendis Octobris, vxorquè posteā

vin-

vindemiam colligit, restituet marito partem fructuum pro rata temporis, quo subsistinuit onera matrimonij, factâ prædictâ computatione impensarum, annusque ad eam numerabitur pro diuersitate fundorum, vel rerum dotalium ex quibus fructus percipiuntur, scilicet in vineis ex facta vindemia usque ad aliam, iuxta que loquuntur Text. in L. *De diuissione* V. L. *Si ante nuptias* VI. L. *Fructus* VII. & in §. *Divortio alias* L. VIII. quam ingeniorum crucem dixerunt antiqui, D. *Solut. matrim.* de quibus Hilligerus lib. XIV. *comment.* Donelli, cap. VII. litt. D. B. Pinellus lib. I. *select. cap.* II. G. Pancirolla lib. III. *Thes. Variar.* cap. XX. Iac. Gothofredus in l. in *condemnatione* CLXXIII §. I. D. *de Reg. Juris*. A. Faber. lib. I. *coniect. cap.* XIII. post P. Barbosa in illis, sed notate prædictam restitutionem fructuum portionis ad maritum pertinentium, non remorari fundi restitutionem, ut evenit ratione impensarum, sed illico ac matrimoniū solvatur maritus fundum restituere debebit, cui consultitur datâ ab uxore cautione per fideiunctionem indemnitas

pro rata fructuum tunc pendentium, & ad  
maritum pertinentium, quos cum vxor  
percipiat ei restituet, ut ex dict. L.VII. §.  
XV.iuncto §.I.obseruat.Præc.meus in M.S.  
de fidei sufforib. cap.III.num.VII.

37 Sed obstat quod conductor vſuſ-  
fructus non consequitur impensas casu,  
quo locatio finita fuit morte locatoris, L.  
*Si quis domum IX. §.I. verſ.idem quærit, D.*  
*locati : ergo nec maritus impensis debet*  
*consequi casu quo matrimonium solva-*  
*tur ante fructuum perceptionem argum.*  
*Text.in dict.l fin. D.de impens. Cui paritati*  
*respodemus quod in dicto verſ. idem quæ-*  
*rit : agitur de conductore Titio, qui im-*  
*pensis fecit in quinquennio, in quod ab*  
*vſuſructuario Seio vſumfructum condu-*  
*xit, & ante locationis tempus morte Seij*  
*locatoris fuit finitus contraetus, & quæſ-*  
*tio est, an possit vſuſructarius ab haeredi-*  
*bus Seij interesse impensarum consequi,*  
*respondetque Consultus non posse ; ratio*  
*est: quia cum absque culpa locatoris finita*  
*sit locatio, eo quod morte extinguitur, &*  
*similiter vſuſructus sit extinctus, L.Sicut*

III. § fin. D. quib. mod. vſusfruct. amittatur, L.  
In singulos VIII. D. de Annuis legatis, L.S.  
quis vſumfructum XXIX. D. de vſufructu leg.  
L. Si patri III. C. de vſufructu, §. Finitur Insti-  
tutionum de vſufructu. Dom. Amaya lib. III.  
obseruat. cap. IX. I. Garcia de expensis, cap. X.  
num. XXXIV. Vvilembakius disp. XII.  
num. XI. Moëz lib. II. obseruat. cap. IX. Arias  
de Messa lib. III. Variar. cap. XLVIII. num.  
IV. & cap. XLIX. num. IX. M. Aurel. Gal-  
vanus cap. XXXVIII. num. X. & ad pro-  
prietatis dominum vſusfructus transeat:  
nihil commodi ad hæredes locatoris per-  
venit: ergo non erunt damnandi, ut sol-  
vant impensas, sed ut pensionem remit-  
tant eius temporis, quo conductor non  
potuit re vti, L. Ex conducto XV. §. I. & §. Si  
vis maior in fine (de quo Dom. Amaya lib.  
III. obseruat. cap. III.) L. si fundus XXXIII.  
D. locati (de quo P. Thom. Sanchez II. in  
præcepta Decal. XXII. num. LIII. A. Faber.  
lib. II. coniectur. cap. IV. Merillus I. Variant.  
ex Cuiat. cap. XXVI. & H. obseruat. cap. VI.  
Madera animadvers. cap. XV. num. XVIII.  
G. Maſsius de ineunda rei æſtimat. part. I.

cap.



*cap.I.num.IV.Lyclama VI.membranar.eclog.  
III.&VII.memb.eclog.XLVI.)*

39 Nec ad rem facit quod fiduciâ locationis in quinquennium factæ impendisset, quia debuit inspicere Titius posse Seium antè locationis tempus mori, & usufructu finito, & cum proprietate consolidato, etiam locationem extingui, quapropter est in lata culpa, *L.Quod quis CCIII.D.de Regul.lur.* quia casus contingens ex natura rei in conventionem deductę debet considerari, & aliter faciens est in lata culpa, ut ratiocinatur *P.Barbos.* Sed videtur conductorem posse à proprietario impensas repetere, cum maritus eas repetat, sicut impensas querendorum fructuum causâ factas, si matrimonium, ut dicebamus solvatur ante fructuum perceptionem, ex eo quod virtute impensarum mulier percipit fructus, que ratio, & in conductore militat, siquidem virtute suarum impensarum percipit fructus propriarius.

40 Quibus respondemus hunc tex-tum debere accipi in specie, qua Titius

con-

conduētor plūs impendit in prædio, quā exigebant fructus præsentis anni, attento quinquennio, in quod omne credebat locationem porrigi, quapropter ei denegatur repetitio quā ut hæc detur requiritur, quod ille, qui impendit habeat animum alterum obligandi, *L. Si me, & Titium XXXII. D. de reb. cred. (de qua Dom. Ramos in M. S. de reb. cred. cap. I. de consensu requisito in mutuo, num. VII. Præcept. meus lib. II. opuscular. fecl. III. cap. VI. num. VI.) L. In hoc iudicium XIV. §. I. D. communi diuidendo: at cùm conductor tantum sibi prospiceret, quandò impensas fecit fructuum intrà quinquennium percipiendorum causā, ideo eas repetere non valet: maritus verò negotium iniit cùm vxore recipiendo ab ea immediatè res, in quas impendit, ideoquè repetitionem habet.*

41 *Si verò conductor vtiles, vel necessarias impensas fecerit, eas consequetur à proprietario, à quo immediatè fundum locaverit, L. Dominus LV. §. I. L. Penu. D. Locati. P. Barbosa in L. LXI. de leg. at. I. in*

*posth.nu.* XIII. & per consequencias idem adseveramus de conductore usufructus, nè dominus cum iactura locupletetur possessoris bonę fidei, de quo non meminit I. Garcia *de expens. cap. XIV. num. X.* qui latè de locatione in longum , vel breve tempus disputat , ea misla facimus , quia ad nostrum tractatum non spectant, tantum notatè locationem in longum tempus in conductorem transferre ius perpetuariū , quod est reale , & dat causam possessionis , imò , & dominij vtilis , de quo sunt Text. in *L.Sciendum XV. §.I.* qui satisd. cog. *L. I. & ultima , & ferè per tot. D. si ager vectigalis , L. Cum sponsus XII. §. in vectigalibus , de publiciana in rem. act. L. III. §. si ego , de novi operis nuntiat. L.I. §. quod ait Prætor , L. II. D. de superficieb. L. V. tit. XXX. part. III. Docent Caldas Pereyra *de renovatione emphiteusis , lib. I. quæst. X. num. VII. & quæst. XIII. num. II.* Didacus Brito *in rubrica ad tit. de locato, §. I. num. X. & XI.* Menoch. *de recuper. rem. I. num. LXVIII.* Alvarus Valascus *de iure emphitheutico , quæst. XVIII. Gipha-**

---

nius

nus in L. Naturaliter XII. de adquir. pos-  
sess. num. XIII. I. Cujacius lib. XII. Pauli  
ad edict. in L. Aedes LXXIV. de rei vindic.  
A. Pichard. in §. in summa, Inst. de interdict.  
num. CCLXXXIII. Valent. lib. II. illustr.  
tract. I. cap. VI. num. I. I. Garcia de expen-  
sis, dict. cap. XIV. ex num. X.

42 Repetitionem ergò conductori  
competere contrà locatorem pro vtilibus,  
vel necessarijs impensis etiam asserunt P.  
Barbos. in dict. L. VIII. §. fin. solut. matrim.  
& Praecept. meus de fruēlib. seēt. I. ex num.  
XIII. Et ad hanc partem denique ani-  
madvertite, quod si maritus prædium do-  
tale locaverit ad certum tempus soluto  
matrimonio intrà tempus locationis licet  
vxor præcisè non teneatur stare locatio-  
ni à marito factę, attamen eam rescinde-  
re non poterit, quin impensas conductori  
solvat, & quidquid eius interficit, ut do-  
cent P. Barbos. in L. Si filio, §. ultim. D. solut.  
matrim. ex num. XII. Brito ad Rubricam de  
locato, II. part. §. V. ex num. XII. A. Gomez  
II. tom. Variar. cap. III. num. VIII. Quamo-  
brèm ex recepta praxi conductor adversus

vxorem agit ad interesse , licet ex stricta Iuris ratione deberet aduersus , maritum locatorem agere : qui ut indemnisi maneret , non aliter fundum restituere vxori cogeretur , quam accepta fideiussione indemnitas , dict. L.Si filio XXV. §. vlt. D. solut. matrim. I.Cuiacius in dict. L. Vnica, §. Taceat V. C.de rei vxoria act. H.Donell. lib.XIV. commentar. cap.VIII. A.Faber. de errorib. pragmat. decade XXIV. errore III. & IV.

43 Ex his provenit, ut onera fructuum ad maritum pertineant , nec exigere ab uxore possit : Si ergo praedium stipendiarium , vel tributarium in dotem datum fuit, stipendum , vel tributum à marito solutum repeti non potest ; quia onus fructuum est , L. Nec stipendum XIII. D. hoc tit. Praedium stipendiarium, vel tributarium erat praedium prouinciale, quod si ex diuissione prouinciarum ab Augusto facta ad Populum pertinebat , stipendiarium vocabatur: Si verò ad Principem tributarium , de quo Iustinianus in §. Per traditionem XL.instit.de rer.diuis. Thophi-

lus in eodem §. Strabo lib.III. Dio lib.LIII.  
Suetonius in August. & latè agunt allati à  
Præc.meo lib.I. opusc. cap.XIX.num.II.qui-  
bus adde Eruditissim. Desider.Heraldum  
lib.I. animaduersio[n].in Salmasij obseruationes  
ad ius Atticum,& Roman.cap.III.num.XXI.

44 Nec in contrarium facit L.Lucius  
XXI. §. Idem respondit IV. D. ad municip.  
vbi Consultus docet maritum non teneri  
ad munera municipalia ratione dotis,nam  
diuersimodè stabilitur de oneribus reali-  
bus, ac de personalibus: hæc non tenetur  
maritus subire ratione dotis ei concessæ,  
pro sublevandis oneribus matrimonij, ut  
in dict. §.IV. at onera realia subit, qui fruc-  
tus percipit , L.Vsufructu VII. §. II. L.Si  
pendentes XXVII. §.III. L.Vsufructu LII.  
D.de vsufructu, L.XXVIII. D.de vsufr.leg.  
L.Fructus XIII. C. de Action. empti , L.In  
summa VI. C.de Pignor. D. Amaya in L.I.  
C. de annonis , num. XLIX. & ideo marito  
incumbit solvere stipendum , vel tribu-  
tum , vt in dict. L. XIII. quod minus ex  
fructibus percepisse videtur , non vero  
imputare debet vxori.Barth.in d.L.XIII.

Quod

45 Quod adeò servandum est, ut adhuc si ex pacto dotali vxor obligetur ad subeunda praedicta onera realia solvendo tributa, pactum nullum erit, nec à praedicto onere liberabitur maritus, vel eius hæres, ad quem fundus obligatus peruerterit, L.I. C. *sine censu*, cui non obstat Textus in l. *Ex conventione XI. C. de pact.* nam ibi pactum intervenit de debito, & obligatione antecedenti matrimonium, quod numquam potuit pertinere ad maritum ratione fortis principalis, nec ratione usurarum, quas vxor ex pacto solvit, quod valet, quia de interesse privati est, non de interesse Fisci, ut in dict. L.I. C. *sine censu*, quod non valeret, quia pactis priuatorum formam Iuris Fiscalis convelli non placuit, L. *Inter debitorem XLII. D. de pact.* L. *final. C. de fundis rei priv. lib. XI.* ubi annuente votis Deo latius differemus. Sed quod in dict. L. *Ex conventione XI. actio denegetur hæredi agere volenti adversus vxorem novercam procedit in dote in estimata, ex eo quod eius non intersit cum soluro matrimonio non permanif-*

set

set in heredis filij dominio dos , & ideò  
si dote estimata sicut pactum interpositum  
actionem ex vendito concedit Impera-  
tor , quia apud eum remanente praedio  
dotali sua interest , quod vxor iuxta pac-  
tum usurpas solvat . A curs. & Cujac. in dict.

## L. XI.

46 Casus est , quo fructus dotis ad  
maritum non pertinent , scilicet , quando  
iniuste nuptie sunt contracte , quia tunc  
nec dos vlla est . L. Dots III. D. de iur. dot.  
L. Qui contrà IV. L. Si quis incesti VI. C. de  
incest. & inv. nupt. §. si adversus XII. Inst.  
de nupt. Praecept. meus de donat. int. cap. II.  
quapropter deficiente causâ ad adquisi-  
tionem fructuum , que est traditio dotis  
iuste existentis , maritus eos lucrari ne-  
quibat , imò , & dos caducabat , L. Si quis of-  
ficium XXXVIII. §. I. D. de ritu nupt. Cu-  
jar. lib. I. definit. Papin. in L. Praefecas  
LXIII. de ritu nupt. & fructus à Fisco au-  
ferebantur , L. Incestae LII. D. de ritu nuptiar.  
in quo quia ad nostrum tractatum non  
pertinet non immoramus , addite Illustriss.  
Dom. Ramos in M.S. ad L. Julianam , & Pa-

pian.

piam I. part. cap. III. num. XII. sed notate  
in hoc casu tantum excipi impensis ne-  
cessarias, quas semper recuperat maritus,  
quia cum dotem ipso iure minuat, adhuc fi-  
dotem restituere teneatur, non restituit,  
quod deminutum est, quod dos non est.  
*L. Dote LXI. D. de ritu nupt. Arias de Messa  
l. b. II. Variar. cap. XI. num. X. Praecept. meus  
de donat. int. cap. II. num. VI. Nee obstat  
Text. in L. in Insulam XLII. §. I. D. solut.  
matrim. ubi maritus lucratur fructus, cum  
nulla dos sit nec matrimonium cum an-  
cilla reputata libera, quia ibi non tanquam  
maritus, sive iure dotis lucratur vir fruc-  
tus, sed tanquam bonae fidei possessor, eos  
compensando cum oneribus matrimo-  
nij, notat D. Gothofred, in d. L. XLII. §. I.  
lit. C. ex quo in dicto casu restituta dote  
cum fructibus ratio debet haberi impen-  
sarum pro ijs percipiendis factarum, que  
refundendae sunt marito ne cum eius  
iauctura mulier locu-*

pletetur,

(?†?)



## SECTIO II.

**De maritorum iure ob necessarias impensas in dotem factas.**

### SUMMARIUM.

- Num. 1. *Ob impensas necessarias dotem ipso iure minui de qua dote accipiendum.*
- 2 *Dos tanquam ius univ ersale non corpus dotale, diminuitur.*
- 3 *Exponitur Text. in L. Si is qui Stichum 56. §. quod dicitur 3. D. de iure dot.*
- 4 *Sententia Scevole in dict. §. à Paulo rejec tur.*
- 5 *Retentionis competit pro parte fundi indivissa.*

*Henestroff/a, de Imp.*

I

S.


- 6 Si pecunia in dote sit, vel corpus aestimatū, id minuitur iuxta Vlpianum.
- 7 Exponitur Vlpianus accepto verbo non pro non solum.
- 8 Per deminutionem pecuniae liberatur maritus ab obligatione eam restituendi.
- 9 Fundus definit esse dotalis quoad causam dotis, non quoad dominium.
- 10 Vnde solutis impensis tanquam dotalis potest repeti.
- 11 Expense in exigendis debitibus minuunt dotem, non filiorum bona adventitia.
- 12 Differentia inter nomen estimatum, & inestimatum.
- 13 Impensa ne committatur damni infelix stipulatio necessaria est: exponitur, L. Si quis 6. §. si damni 7. D. communis div.
- 14 Exponitur L. Itēm si servi 30. §. 1. D. de edilit. edict. ex sententia Text. in L. Aediles 25. §. itēm sciendum 8. eod.
- 15 Adhuc si dos corporibus constet minuitur, licet corpora non minuantur.
- 16 De difficulti Text. in L. Mævio 41. §. 1. D. de legat. 2.

- 17 *In legato dotis emolumentum representationis tantum continetur.*
- 18 *Formula relegandæ dotis, quidquid ad me dotis nomine pervenerit ab antiquis usitata, quid contineat?*
- 19 *Prædicta L. Mævio 41. de necessarijs imp. accipitur contra I. Cujacium, & A. Fabrum.*
- 20 *Quod ex ipsis Consulti verbis probatur.*
- 21 *Deductio, licet impropræ dicta, pro necessarijs impensis datur.*
- 22 *Dos uxori propriæ legata per dictam formulam intelligitur, quæ prius accepta, non quæ postea deminuta.*
- 23 *Retentio fundi durat usquè dum marito impensa referantur.*
- 24 *Quia actio de dote evanescit pro rata impensarum, docet L. Sed etsi 21.D. soluto matrim.*
- 25 *Sed non retinetur res dotalis, tanquam dotalis, sed quia dotalis esse desijt.*
- 26 *Nec tota dos si in aliquo corpore quantitas impensa salvetur, maximè in quod impensum fuit.*
- 27 *Re retentæ fructus percipit maritus pro rata*

*rata expensarum soluto matrimonio.*

28 *Quod probatur ratione, & autoritate  
Text.in L. Fin. §.fin. D.de fundo dot.*

29 *Et denique ex contraria natura reten-  
tioni iure pignoris, in qua fructus compu-  
tantur in sortem.*



ET V S T V M Iuris  
Rom. principium est  
dotem ipso Iure mi-  
nui ob impensas ne-  
cessarias, sèpèquè à  
Consultis inculleatum, L.I. §.in necessarijs  
II. D. hoc tit. L. I. §. impense IV. L. Cum  
quis vxoris II. L. Dote V. D. de dote præleg.  
L. Illud convenire V. in fine, D. de past. do-  
tal. L. Dote LXI. D. de ritu nupt. L. Vnic.  
§. taceat V. vers. Ob impensas, C. de rei  
uxoriæ act. §. Item si de dote XXXVII. Instit.  
de action. Sed circà effectus huius demini-  
tutionis iam diù digladiantur Interpre-  
tes, immò nec ipsi Iuris Auctores satî si-  
bi constare videntur, sed ut eorum iur-  
gium

gium sedetur, ego sic paucis rem comprehendo. Vel fundus dotalis, in quem impensē necessarię fuere factę fuit in dotem datus estimatus, vel non; si fuit estimatus absolute cùm mariti fiat per emptiōnem tacitam, de qua suprà sēct. I. num. XXIV. quidquid maritus impenderit in propriam rem impendit, ex quo non vallet vxorem obligare, nec dotem deminueret, quia non debet speciem, quę posset desinere esse dotalis, sed quantitatem, quā obrēm futilis esset in hac specie quæstio de impensis, nec de ea credo cum Jacob. Mæstertio illustrium iuris tractatuum tract. de impensis in rem alienam, quæst. quid sibi vult regula, &c. vers. pergit porrò tractare Vlpianum in L. Quod dicitur V. D. hoc tit. in illis verbis: *Vbi ergo admittimus demissionem dotis ipso iure fieri? Vbi non sunt corpora, sed pecunia.* Quod si non fuit estimatus dotalis esse definit, sed tantum quā ad effectus retentionis, eiusquę fructus maritus lucrifaciet pro rata impensarum, donèc impensā solutā in causam dotis fundus revertatur: si verò in dote sit fun-

dus inestimatus, & pecunia, haec tantum minuetur, de quibus sigillatim agemus exponemusque que in contrarium occurunt.

2 In primis notandum est dotis nomen duplicitè accipi, vel tanquam ius vniversale continens in se quidquid marito tribuitur, tradditur matrimonij causâ, & abstractum ab ipsis rebus, vel pro ipsis rebus marito tradditis matrimonij causâ, & utroque modo certum est dotem minuere necessarias impensis, iuxta tradditam distinctionem, si res dotalis estimata fuit, vel pecunia in dote est propter impensis factas in alia corpora dotalia inestimata corpus estimatum, quia loco pecunie est, vel pecunia deminuitur, & marito pleno iure acquiritur, quod dicere volunt verba Vlpiani suprà relata in dict. L.V. D. de impensis, ubi ergo admittimus, &c. que deminutio cum perfectior sit, quia dominium mutat, quam alia, que retentionem tantum tribuit, recte Consultus ait quod dos minuitur, hoc est, ipsa res estimata, si verò tota dos inestimata fuit, tunc non minuitur.

nuitur eo modo res dotalis, quia absurdum esset propter pecuniam eam minui.  
*L. Quod dicitur V. D. de impensis. Sed etiam minuitur dos, hoc est, ius universale vxoris, sive universalitas dotis, vel quantitas.*  
*L. I. §. impensa IV. D. de dote prælegat.* ibi: *Ad universitatem erit referendum, hoc est, ad quantitatem, ut expressè probatur ex L. Vnic. §. taceat V. ibi: Cùm enīm necessariae quidē expensa dotis minuant QVANTITATEM, C. de rei vxorii act. Similisque distinctio invenitur in diminutione patrimonij ob ēs alienum apud Vlpianum in L. Fideicommissum L. §. I. D. de iudicijs,* ibi: *Æs enīm alienum patrimonium totum imminuere constituit non certi loci facultates.*  
*L. Cùm in fundo LXXVIII. §. IV. de iure dot.* quam doctrinam probant Bartholus in rubr. soluto matrim. num. XXI. Socinus in dict. rubr. num. XXXVIII. & consil. L VIII. num. IV. lib. I. Iaso num. XXX. Iac. Cujacius lib. XXIII. observat. cap. XII. I. Campetius de dote, I. part. quæst. I. ex num. II. Costan. de dote, cap. II. num. V. A. Tiraquellus in LL. Connubiales, in princip. num. XXXV.

Matiencō tit. II, lib. V. ordinamenti in rubric. gloss. I. & alij laudati à Pet. Barbosa in rubrica solut. matrim. III. part. num. VII, & A. Pichardo in §. Fuerat autem XXIX. institut. de action. num. XCI.

3 Nec his præictis obstat celebre Pauli responsum, in L. Si is, qui Stichum LVI. §. quod dicitur III. D. de iure dot. ibi: Quod dicitur *NECESSARIAS IMPENSAS IPSO IVRE DOTEM MINVERE*, non èò pertinet, ut si fundus in dote sit definit aliquia ex parte dotalis esse: quę verba prorsus contraria videntur Vlpianoin dict. L. Quod dicitur V. hoc tit. quarè in his componendis insudarunt A. Alciatus in commentarijs ad L. Hæreditatis CXIX. D. de verbor. signific. Socinus Iunior in rubr. solut. matrim. III. part. num. XX. Corrasius in dict. L. V. hoc tit. P. Barbosa in rubr. solut. matrim. III. part. num. XXXIII. I. Cujacius lib. XXIII. observation. cap. XII. A. Faber lib. I. conieclur. cap. II. Subtiliss. Roman Valeron. lib. vnic. animadversionum, cap. X. G. Masius lib. II. singular. opinion. cap. IX. R. Bachovius in §. in

bon.

bonæ fidei XXVI. & in §. Itèm si de dote  
XXXVII. Institut. de action. Iac. Mæster-  
tius diet. tractat. de impensis in rem alienam  
factis, quest. quid si vult regula, &c. sed si  
quid mei iudicij est hæc verba iuxta trad-  
dita num. I. accipienda sunt de dominio  
fundi, vt proptèr impensas necessarias  
nullatenus id mulier amittat, cùm com-  
pensatio non detur speciei ad quantita-  
tem, sed tantùm retentio detur marito do-  
nèc ei solvantur. Nec contrarium inve-  
nimus apud Vlpianum adserentem de-  
minutionem corporis non fieri proptèr  
pecuniam, sed fundum desinere esse do-  
talem, nàm hoc est accipendum, vt resti-  
tuatur cum cæteris rebus, sed retentionem  
maritum habere, quarè cùm diceret, hæc  
res faciet desinere esse fundum dotalem, vel  
partem eius, illîco subiungit; manebit igi-  
tùr maritus in rerum detentationem, deten-  
tatio possessionem significat, non domi-  
nium, L. Ab hostibus XV. §. Sed quod simpli-  
citer III. D. Ex quibus causis mai. Pæc. meus  
in M.S. de possessione, cap. III. num. II. ut sic  
exprimeret desinere esse dotalem quoad

effectum retentionis, sive retentionem tantum esse effectum desinendi esse dotalis, vel amissae dotalitatis, quod idem fateatur expressè Paulus illis verbis: *Sed nisi impensa reddatur, aut pars fundi, aut totus retineatur*: Ergò hic est effectus deminutio-  
nis, nec aliud apud Consultos invenio ex quo colligatur dominium marito acquiri, sic forsam A. Merenda lib. III. *controuersia* III. excogitavit, licet non sic se expedit.

4 Sed obstat sententia Scæbolæ relata à Paulo *in dict. §. Quod dicitur* III. adserentis quod si tantum in fundum dotalēm impensum sit, quanti fundus est, is desinit dotalis esse, quę debent accipi de domino fundi iuxta hypothesim Paulo propositam: ergò impensæ necessarię marito adquirunt dominium fundi dotalis, poteritque dari cōpensatio speciei ad quantitatem, & deminui corpus propter pecuniam, quibus rationibus nixi adseveramus non posse desinere esse dotalēm fundum, nisi tantum quoad retentionem. Cui difficultati facile occurritur animadver-  
tendo cum Iac. Mæstertio, & alijs Scæbolæ

sen-

sententiam esse reiectam à Paulo tanquam disonam iuris rationi , cùm ex ea sequentur magna in convenientia , non solum ex prædictis rationibus , sed ex eo quod si aliquo casu desineret quoad dominum dotalis esse, posset alienari , quæ manifesta iniqüitas foret secundum Scæbolę sententiam , nunc quæro quomodo potest videri sententia Scæbolę amplexa à Paulo sic loquente?

5 Pro qua parte fundi retentio competit conrrovertitur ab interpretibus , & omisso magno Cuiacio *dict. lib. III. observation. cap. XII.* adserere absolutè pro parte indiuissa dari, sic distinguimus: ex natura rei pro indiuisso datur retentio cum Cuiacio , at cum nullus cogatur invititus stare communioni , *L. Si non sortem XXVI. §. Si centum, D. de condic. ind. Arias de Mella lib. I. Variar. cap. XLI. num. XX. Iac. Gothofred. in L. Cū amplius LXXXIV. D. de Reg. Iurif. Galvanus de Vſufruſtu, cap. XXV.* Si maritus ad diuissōnem deve- nire desideret , diuisso fundo pro parte diuissa retinebit , quæ fuit sententia acu-

tissimi G. Mafsij dicit. lib. II. cap. IX. num. XII. licet non ita se explicet, sed eam firmo Pauli verbis ibi, aut pars fundi, hoc est si ad diuissionem deveniatur, aut totus retineatur, hoc est usquedum deveniatur ad divisionem; dispeream si haec non Pauli mens.

6 Adserit Vlpianus in dict. L. Quod dicitur V. Hoc tit. si pecunia in dote sit, pecunie, non corporum fieri deminuti onem, & quod si corpora aestimata sint corpora deminui, ibi: Vbi ergo admittimus deminutionem dotis ipso Iure fieri? Vbi non sunt corpora, sed pecunia. & infras proinde si aestimata corpora in dotem data sint ipso iure dos deminuetur. Quibus verbis innuere videtur, quod si pecunia in dote non sit, nec dos aestimata, non deminuetur dos propter impensas necessarias contraria principia nostri tractatus; sed huic difficultati respondet G. Mafsius dicit. lib. II. cap. IX. num. XXVIII. cum sequent. omissa sententiâ. A. Fabri lib. I. conjectur. cap. II. deminutionem dotis universaliter accepte, sive universitatis dotis, vel quantita-

ris, temp̄, & ipso iure fieri ob impensas necessarias; sed in his verbis non agere Consultum de hac deminutione, sed de deminutione ipsarum rerum dotalium, & exp̄s̄ in relatis verbis confirmare, quod dicebamus de deminutione ipsarum rerum dotalium aestimatarum, sive dotis pecuniarię; quia cum haec absolutè diminuatur, desinatque res esse dotalis quoad dominium, quod marito acquiritur, perfectius in his deminutio intervenit, cum ipsa corpora aestimata deminuantur, unde si in dote, in quam impensum est, sit pecunia, vel aliquis fundus aestimatus, qui loco pecunię habetur, pecunia diminuitur ex sententia Mafij, maritoquè acquiretur pleno iure, quasi si ei esset soluta pro impensis, ceterasque res maritus restituet.

7 Sed grauit̄ obstat quod hoc nequit intelligi de dote vbi est fundus dotalis in aestimatus, in quem impense fiant, & pecunia, nam ait Consultus, vbi non sunt corpora, sed pecunia; Igitur aperte loquitur de dote omnimodo pecuniaria,

hoc

hoc est vb̄i tota dos pecunia est, non corpora dotalia. Cui difficultati respondeamus in dicto Text. agi de dote, quę constat corporibus inæstimatis, & æstimatis, siuè pecunia, in qua dote ob impensas factas in corpota inæstimata, æstimata, siuè pecunia deminuuntur, nec contrariū suadent prædicta verba: *Vb̄i non sunt corpora, sed pecunia:* Näm sunt accipienda sic, *vbi NON solum sunt corpora, sed pecunia:* vtatisimum ædepōl. est in iuris libris vocem non accipere pro non solum, vt in Tex. in L. *Ne cum filio XVI.* D. *de furtis,* L. *In uitum V.* D. *de seruitut. urbanor. prædior.* L. *Non enim XXXVIII.* D. *Ad Senat. Consult.* Trebell. L. *Si procurator XIV.* D. *de conduct.* causā datā, L. *Cum pupillus XXI.* D. *de tutellæ, & ration. distr.* L. *Tutor III.* §. Sed si non latitet XV. D. *de suspectis tutor,* L. *Cuiuscumque V.* §. *Sic cum fullo,* D. *de institor act.* L. *final.* §. I. D. *de ædilitio edicto.* Acursius in L. *Ob eam IX.* D. *de præscript. verb.* A. *Augustinus lib. II. emendation. cap. I.* Brissonius *de verbor. signif. verbo non,* Donellus *lib. XV. commentar. cap. XXX.* A. *Faber. in*

*Iuryp. tit. III. princ. II. illat. XIV. Hilliger.  
ad Donell.lib. III. cap. XVI. litt. B. Cuiacius  
lib. VIII. obseruation. cap. IX. Illustriss. D.  
Ramos in M. S. ad L. Frater à fratre  
XXXVIII. D. de condic̄t. in deb. num. VIII.  
& in M.S. de insitior. act. cap.I. num.XVI.  
& D. Larreatig. l.b.I. select.cap. VI. num.II.*

8 Dixi fundum æstimatū loco pecunie haberi ; quia cùm per æstimatiōnem contrahatur emptio, & venditio , vt suprà dicebamus *sect. I. num. XXIV.* fundi æstimati dominus maritus efficitur , remanetquè non speciei, sed quantitatis debitor , & sic per necessarias impensas in alia corpora dotalia inæstimata factas, debitum minuitur , sive æstimatio fundi, non fundus ipse, qui iam per emptionem erat mariti, & per venditionem desierat esse dotalis , vnde pecunia videtur deminuta, eodem modo ac si esset pecunia in dotem data non prædium æstimatū, cùm differentia nulla sit intèr pecuniam, & fundum æstimatū , quia semper maritus ab obligatione restituendę dotis pro parte impensarum in fundum , vel alias

res inæstimatas factarum liberatur , in qua liberatione deminutio dotis consistit.

9 Nec iam obstat ratiocinium D. Emanuelis Roman. Valeron *dicit. cap.XI.* animadversionum , quo difficile reddebatur fundum desinere esse dotalem ex eo, quod eius dabatur retentio marito ; nàm fatemur rei propriè retentionem,nec pignus dari, *L.* *Nequè pignus XLV.* *D.de Reg. Iur.L.* *Non solum XXXIII. §.* *Si rem tuam V. de vsucaption.* *L.* *Si rem alienam XXIX.* *D. de pignorat. act.* *L.* *Ex sextante XXX. in fin.* *D.de except.rei ind.* Sed negamus fundum desinentem esse dotalem marito acquiri , cùm tantùm desinat esse dotalis quoad retentionem, hoc est eruitur , extrahiturvè ex causa dotis ad restitutionem, sed non ex dominio vxoris , & sìc hæc quę datur est retentio rei alienę , qua retentione eget maritus cùm dominium ipsius rei non acquirat per necessarias impensas; nec extra dotem est fundus ratione dominij , licet sit extra causam dotis ratione retentionis, quapropter vxor eum

re-

recuperare nequit donèc impensas solvat.

10 Denique non pugnant intè se fundum non esse dotalem quoad restitu-  
tionem, & repeti tamquam dotalem ab  
vxore solutis impensis: ergò iuxta senten-  
tiam A.Fabri *dicit. cap.II.* idcirco dotalem  
esse desinere adserimus, quia repeti ab  
vxore non potest, cùm tantum pugnarent  
desinere esse dotalem quoad dominium,  
& posse repeti ab vxore tanquam dota-  
lem solutis impensis, quod nec dixit Fa-  
ber, nec illi imputatur ab acutissimo Va-  
lemon: & notate hanc retentionem non  
esse Iure pignoris, sed speciali Iure, & effi-  
catia impensarum necessariarum, & ideo  
maritus lucrifacit fructus, nec in sortem  
principalem imputat, ut inferius dice-  
mus. Quæ sententia valdè confirmatur  
**ex principio**, quo docemur fundum, sive  
corpus dotale non deminui, licet dotis  
quantitas diminuatur, nam si daremus  
fundum, vel corpus pro rata impensarum  
marito acquiri, iam necessario id demini-  
nui fateremur; qualis quælo perfectior  
deminutio alicuius corporis potest inve-

niri, quām eius dominij acquilatio? ergo  
si marito acquireretur, vel minueretur,  
vel nullum valet excogitari deminutio-  
nis genus.

ii Verūm adversus suprà dicta sic  
argumentor, vxores solent in dotem no-  
mina dare, L. Promittendo XLI. §. Si à de-  
bitore III. D. de Iure dot. L.II. C. de obligat.  
& aet. L.XV. tit. XI. part. IV. I. Cuiat. tract.  
VIII. ad African. in L. Si marito IX. D. de  
fundo dot. Camillus Borell. in Summa decisi-  
tom. III. tit. IV. num. CCCXLV. Cuenca de  
deposito gloss. XIV. num. XXXV. si maritus  
aliquid impenderit in exigendis pecunijs  
à debitore vxoris, hanc impensam non  
consequitur: argum. L. fin. §. Vbi autem III.  
C. de bonis quae lib. L.I. C. de bonis mater. vbi  
pater, qui idem ius habet in bonis adven-  
titijs filij, quod maritus in bonis dotali-  
bus non consequitur sumptus in exigen-  
dis pecunijs factos; cum haec impensa ne-  
cessaria sit, L. Mævia XLIX. D. Solut. mat:  
ergo maritus non debet consequi neces-  
sarias impensas, sed sicut pater eas cum  
fructibus compensat, ita, & maritus de-  
bet

bet compensare. Respondemus consti-  
tuendo differentiam inter patrem, & ma-  
ritum, pater ratione patriæ potestatis per  
novas constitutiones habet tantùm vsum-  
fructum in bonis adventitijs filij in eius  
sacris constituti, itaqù fructus percipit  
absqù vlo onere ratione tantùm patriæ  
potestatis, & sic non est mirum quod te-  
neatur necessarios sumptus facere in exi-  
genda sibi pecunia: at maritus percipit  
fructus rerum dotalium, ut subeat onera  
matrimonij, *L. Pro oneribus XX. C. de Iure*  
*dot. L. Dotis VII. D. Eodem tit. atquî si hæ*  
*impensa marito imputarentur, ut de suo*  
*teneretur creditores convenire, & cum*  
*fructibus has impensas compensare, com-*  
*putarentur fructus in duas causas contra*  
*doctrinam Text. in L. Quod Labeo XIII. D.*  
*de compensat: ergò aliter in marito, ac in*  
*patre debet obseruari, ità Barth. in L. I. D.*  
*de impensis.*

12 At Pet. Barbosa in *I. Aëstimatorum LI.*  
*D. Solut. matrim. num. VIII. tradditę solutio-*  
*ni non acquiescens distinguit, vel nomen*  
*debitoris fuit aëstimatorum, vel non: dicitur*

æstimatum, quandò certà dote promillâ pro illius satisfactione datur nomen debitoris, quo casu videtur æstimari, *L.II. C.de obligat. & act. & contrahitur tacita venditio, L.Si prædium IV. C.de evictio.* Præceptor meus *lib.II.opuscul.sect.II.cap.I. num. XIV.* & ideo iuxta suprà traddita, periculum est mariti, & impensas quantumvis necessarias non consequitur argum. *L.Ex conventione XI. C.de pact. L.I. L.Quoties V. L.Cùm dotem X. C.de Iure dot.* *L.Æstimatis LI. D.Solut. matrim.* Si verò nomen debitoris datum sit absolutè, & simpliciter sicut cæteræ res dotales, censemur dari inæstimatum, licet datum sit pro ea quantitate, quæ in eo continetur, quia hoc tacite, & implicitè evenit, & quod tacite intelligitur adhuc si expressè caueatur nihil operatur, argum. Text. in *L.Hæc verba III. D.de legatis I. ubi Pet.Barbosa in Posth. G.Pancirolla Thes. variar. lib.III. cap.IV. Excelentiss. Dom.Chumacero select. disput. V.* ergò tunc sumptus consequitur: & nota nominum venditionem validam esse, ut probat Textus in *L.No-*

*mina*

mina XVII. *D. de hered. vel act. vendita, L.*  
*Apud Celsum IV. §. Quod si is de doli mali, &*  
*metus except. dict. L. II. L. Si in solidum VI.*  
*cum seq. C. de obligat. & act. A. Faber. lib.*  
*XI. conteclur. cap. V. nec ad nos pertinet*  
*disputare vtrum vendito nomine minori*  
*pretio liceat emptori integrum debitum*  
*exigere à debitore contrà L. Per diuersas*  
*XXX. L. Ab Anastasio XX XI. C. Mandati,*  
*consulite Hiligerum ad Donel. lib. XV.*  
*commentar. cap. XLVII. litt. C. D. Salgado*  
*I. part. Labyrinthi, cap. XXVII. à numer.*  
*LXXVIII. Noguerol. allegat. XXXVII.*  
*num. LX. & qui procunctis sufficeret doc-*  
*tiss. Dom. Scholæ, forique luminare mag-*  
*num, cuius doctrinæ radijs Supremus gau-*  
*det Principis N. Senatus D. Alphonsus de*  
*Olea de cessione Iurium, tit. VI. quæst. X.*  
*num. LXVI. qui videndus de obligatione*  
*mariti ad exigenda debita, & ipsius libe-*  
*ratione soluto matrimonio, nam noſter*  
*stylus non ſic exaraflet, niſi ex ſcriberet,*  
*tit. eſt V. de cessione iunium quæſt. XII. &*  
*Præcepr. meus in M.S. repet. præl. ad L.XV.*  
*§. X. de re indicat. & in caſu, quo nomina*

in aſ-

inæstimata dantur, maritus mandatarij loco habetur, ut elegantè probatur ex Text. in L.Mævia XLIX. D.Solut.Matrim. ibi: *Cui actiones mandatæ sunt.* prævidit P. Barbosa, *vbi supra num.VII.*

13 Rursus obstare videtur, quod si socius cautionem damni infecti præstiterit, non habere actionem adversus sociū docemur in L.Si quis VI. §.Si damni VII. D.Communi diuid. Ergò si maritus solverit, nè committeretur damni infecti stipulatio, non habebit actionem ad consequendum, nèc hæc impensa dicetur necessaria contrà Text. in L.I. §.fin. D.Hoc tit. *vbi* in exemplis necessariarum impensarum proponitur; & ista ibi: *Vel ex stipulatione damni infecti, nè committatur præstiterit;* Sed respondeatur quod in dict. §.VII. non datur actio adversus socium, quia socio non erat utile habere domum, & idèo socius, qui cautionem non præstitit damni infecti volebat domum pro derelicto habere, quapropter in eum denegatur actio at cum mulieri esset utile potius solvere aliquam conventam pecuniam, quam ex

itipulatione promissum , quod tenebatur necessariō facere, si hoc vir fecit, necessariam impensam fecisse videtur, dotemque deminutam remanere, cuius species est in L. Sed àn vltro X. §.I. vers. sed vt Celsus D. de negot. gest. ex cuius sententia rectè percipitur prædicta solutio.

14 Nec obstat Text. in L. Item si servi XXX. §.I.D. de ædilit. edicto, cuius talis species : Titius servum ægrum emit à Mævio celante infirmitatem eius , egit Titius ex ædilitio edicto ad redhibitionem, cùmquè durante lite in servi curationem impen- disset, quæstio est de impensis , quas distinguit Consultus adserendo emptorem imputare impensas factas post litem con- testatam : atquî hæ impensæ necessariæ sunt, & magnæ, velutî requisitæ ad curan- dam magnam ægritudinem servi ; ergò impensæ necessariæ factæ ante litem con- testatam non imputantur. Cui difficultati respondemus omnes has necessarias im- pensas emptorem recuperare, sed distinctionem in eo consistere , quod impensæ factæ ante litem contestatam debent com-

: prehendi in libello quando redhibitio postulatur, quod Pædius notavit illis verbis: *precedentes impensas nominatim comprehendendas; at quæ sunt post litem contestatam imputantur officio iudicis, quæ est sententia Text. in L.Ædiles XXV. §. Item sciendum VIII. D. de ædilitio edicto in quo immorari extra aquam esset.*

15 Deinde tenendum est quod predicta deminutio dotis procedit, sive dos consistat in quantitate, sive in corporibus, licet non diminuantur ipsa corpora, ut diximus, nec obstat Text. in dict. L. *Diuortio VIII. §. final. vers. plane D. Solut. matr.* Vbi Consultus dat marito actionem, non retentionem, in quo magnum versatur discrimen, nam actio supponit restitutam dotem, & conceditur pro recuperandis impensis necessarijs, ex quibus adserimus retentionem produci; nam respondemus id procedere casu quo maritus integrum dotem restituit sine impensatum deductione, nec retentione vti voluit, vt previdit G. Masius dict. cap. IX. num. XXXV. vers. undecimo, nec negamus actionem

mari-

marito pro recuperandis impensis, adhuc si retentionem habeat, dummodo dicta retentione non vtatur, ut supra diximus. Nec magis facit Text. in L. II. in princip. D. de dote prælegata, vbi ex hypothesi agitur de diminutione quantitatis, quia in ea consistebat ibi dos, & ob id non excluditur diminutio dotis in corporibus consistentis, quomodo debent intelligi Text. adducti à Merenda ad probandum dotem in corporibus consistentem non minui.

16 Plùs operis desiderat expositio Text. in L. Mænio XLI. §. I. D. de leg. II. vb̄ cauetur quod si quis vxori legauerit hæredis, quidquid ad hæredem pervenisset dotis nomine, integrum dotem deberi sine deductione impensarum: ergo impensa dotem non minuunt, nec deducuntur, si quidem integra debetur. Deinde quæ ratio disparitatis potest dari, ut id non seruetur in legato uxori propriè reliquo: quibus difficultatibus respondet G. Malius dict. lib. II. singularium opinion. cap. X. num XIII. omisiss A. Fabro lib. I. coniectur. cap. III. Pet. Barbosa in rubr. Solut. matrim. III. part.

num. XIX. Sarmiento lib. I. selectar. cap. X.  
I. Cujacio lib. XXIII. obseruationum, cap.  
XIII. & Goveano lib. I. Variar. cap. XIII.  
quòd illa verba *quidquid ad te dotis nomine  
pervenerit*: in testamento extranei loco ta-  
xationis sunt habenda, & non admittunt  
eam interpretationem, ut complectantur  
id tantùm, quod iudicio de dote vxor es-  
set consequutura ; ratio est quòd post  
mortem legantis vxori extranei, mulier  
non potest statim agere actione de dote,  
sed expectare debet ut matrimonium sol-  
vatur morte viri, vel alia ratione L.II. D.  
*Solut. matrim.* vel quod cognoscatur ma-  
ritum ad inopiam vergere, L. *Si constante*  
XXIV. D. *Solut. matr.* L. *Servum* XXI. D.  
*de manumission.* L. *Vbi* XXIX. *Cod. de Iure*  
*dot.* Cap. *Per vestras, de donat.* L. XXIX. tit.  
XI. part. IV. A. Gomez in L.L. Tauri, num.  
XXXIII. Hilligerus lib. XIV. comment. *Do-*  
*nelli, cap. V. litt. B.* & Pragmatici, relati à  
Dom. Olea *de cess. iur. tit. III. quæst. VII.*  
*num. IX.* quoniam igitur legatum præ-  
tandum est à morte testatoris, & iudicium  
de dote differtur, ut dicimus in matrimo-

nij solutionem, ideo hoc legatum non potest intelligi de eo, quod mulier est consequutura actione de dote, eâ nimis rûm de causâ, quòd tempore piastationis legati hoc iudicium competeat non potest, nec sciri, aut constare quæ expensæ iudicio dotis veniant deducendæ, quarè necessè est ut taxationis loco habeatur illa formula, & maritus piafestet quidquid dotis nomine accepit, quod diversum est in ea specie, qua maritus propriæ vxori dotem relegat, quia cum testatoris morte solvatur matrimonium, & mulier actur sit de dote, legatum sub hac formula relictum: *quidquid ad me dotis nomine peruenit*: tantum continet id, quod mulier est consecutura actione de dote, & commodum legati consistit in representatione duntaxat, legatum enim donatio est, & ideo potius restringendum, quam ampliandum in interpretatione, nisi aliud suadeant testatoris verba, argum. L. *Cum scriptum VI. D. de dote pialeg.*

17 Robotatur tradita differentia sequenti consideratione, quando dos vxori

proprię legatur, iux̄ res potiūs restituuntur, quām dantur, nec testatoris possunt videri, quę dotales sunt: vndē tantūm consistit legatum in emolumento repräsentationis, cū alioquī annua, bima, trima die esset præstāda dos, quę cōsistebat pondere, numero, vel inenlurā, L.Vnic. §. Cum autem VII. C. de rei vxor. act. Cujacius in commentar. ad tit. D. de dote p̄elegata, quę ratio facit intrā eos limites relegationem dotis includi, nec extendi ultrā id, quod mulieris est, vel ei actione de dote debetur, consequuturaquę est, cum verò vxori extranei dos legatur nihil restituitur, quia testator nullam accepit dotem, & ideo nuda est dotis datio, nec restringitur legatum ad id tantūm, quod actione de dote vxor est consequutura, quia non continet solum emolumento repräsentationis, sed dationem eius quantitatis taxatę, ex acceptance dotis G. Malius dict. lib. II. cap. X. num. XIV.

18 Sed contrā, testator usus est generali verbo, quidquid ad me pervenit, in quo legato continetur omne id, quod

dotis

dotis nomine datum fuit etiam si postea ex accidenti deminutum sit per necessarias impensas : ergo dos integra mulieri debetur absque ratione deductionis. Deinde ubi clara , & expressa sunt verba testatoris, non debet ad coniecturas devenir, ita ut restringantur, sed ut demonstrent voluntatem dicentis , *L. Labeo VII. §. II.* *D. de Supellecili. leg.* Quibus responderemus quod testatores uti solebant hac antiqua dotis relegandâ formulæ *quidquid ad me pervenerit* : quibus verbis dotem significabant, ut idem fuisset dicere *quidquid ad me pervenit*, ac dicere *dotem suam ei do, lego*, in quo legato nihil aliud praeter dotem veniebat ; hoc est, commodum representationis , vnde si dotem centum aureorum vxor tradidit, & necessarijs impensis deminuta erat in quinquaginta, non intelligebantur legata centum, sed quinquaginta, quia non erat dos maior, cum in dote non esset id, in quo diminuta erat dos, probant Text. in *L. Cum scriptum VI. L. Fin.* *D. de Dote præleg.* I. Cuja-  
cius in *L. Quisquis XCV. D. de legat.* III.

quarè testator ita relegans intelligitur nudam relegationem facere voluisse , at- què verba licet generalia ex communio quendam forma, & vsu interpretationem accipiunt, quæ verba in testamento extra- nei taxationis loco habentur cum potius dos detur, quam reddatur, & ita nequit illud legatum intelligi de eo , quod mulier esset consecutura iudicio dotis , Masius dict. lib. II. cap. X. num. XVI.

19 Magnus Cujacius dict. lib. XXIII. observat. cap. XIII. & subtilissimus A. Faber. lib. I. conjecturar. cap. III. adserunt, quod dicta L. Mavio XLI. §. I. D. de leg. II. loquitur de impensis utilibus non de necessarijs , quasi hec semper deducerentur in utraque specie, quod probant ex eo, quod impense utiles dotem non minuant , sicut necessarie, & cum ad haeredem mariti non videatur pervenisse id , in quo deminuta dos est per necessarias impensis, ideo id , quod superest tantum videretur vxori legatum sub ea formula quidquid ad te do- tis nomine pervenerit : argum. L. Dote rele- gata V. D. de dote prælegata, ubi docemur

dote

dote relegatā vtileſ impensas remiſſas vi-  
deri , non etiam necessariās , nām quanti  
ſunt necessarię tanto minūs eſt in dote ,  
quę legatur: ergō ſi in legato vxori ha-  
redis tota dos ſinē deduclōne impensarum  
comprehenditur, de impensis vtilibus ac-  
cipere debemus, deindē legatur dos , quę  
tūc eſt immunuta per necessariās im-  
pensas, non vero , quę olim fuit : ergō ſi  
quę olim fuit debetur non deducetis im-  
pensis , impensę non dēducendę ſunt  
vtileſ, non necessarię , quę cum ipſo iure  
dotem minuant , nec relinquunt locum  
quaſtioni de deduclōne. Deniqūe Con-  
ſultus vtitur verbo *deduclōnis*, at neceſſa-  
rię impensę non deducuntur , ſed mi-  
nuunt dotem, *dict. L. Quod dicitur V.D. hoc*  
*tit. vtileſ deducuntur, L. Vtilium VIII. eo-*  
*dem: ergō Text. in dict. L. Mævio, eſt intel-*  
*ligendus de vtilibus , non de neceſſarijs*  
*impensis.*

20 Quibus diſcultatibus non obſ-  
tantibus adſerimus , quod prædicta Lex  
loquitur de impensis neceſſarijs , nec de  
vtilibus intelligi poſſe , quod mihi pro-

bant

bant illa verba : *Tota dos sine deductione impensarum mulieri debeatur.* Utiles impensæ dotem non minuunt : ergò nunquam efficere potuerunt , quominus tota dos deberetur , etiam cum veniunt deducendæ ; patet , quia semper mulier habet actionem ad totam dotem absque utilium impensarum deminutione quarè eo ipso , quod dicat mulieri deberi totam dotem sine ratione deductionis impensarum , manifestè consentit , innuit , profitetur Consultus , quod illa impensarum deductio efficeret alioquin quominus tota dos deberetur : sed hic effectus est necessariarum tantum , non utilium impensarum : ergò licet deductionis verbo utatur Consultus nihilominus est accipiens de impensis necessarijs , que faciunt , ut id minus mulieri ex dote debeatur , nec novum est nomen deductio circà impensas necessarias , quibus solet adaptari .  
*L. fin. D. hoc tit. ibi: Nec ullam habet eo nomine ex dote deductionem :* ergò deductio ex dote daretur pro illis impensis necessarijs , si non esent factæ quærendorum

fruc-

fructuum causâ ; & sic minus propriâ significatione deduci impensas necessarias dicitur, quia natura non patitur, ut appareat, in quantum minuant dotem necessarię impense, nisi deducantur, subducantur, quę deductio in eò à propria differt deductione, quod dicit factum hominis, non effectum Iuris.

21 Nec obstat, quod impense necessarię prius minuant dotein, quam de dote actio mulieri competit, & ideo antequam deductio fiat, nam respondemus: quod illa deductio non est irrevocabilis ob id quod muliere solvente impensas ei tota dos debet restitui, & diminutio est certa, diminutionis vero quantitas in certa donèc impensarum taxatio, & rei dotalis estimatio, & mutua compensatio facta sint: ergo necessaria est deductio in necessarijs impensis ad hoc, ut mulier sciat quid, & quantum petere, & consequi ex dote valeat. Similiter vtuntur verbo *Deductio*, Text.in *L.Fructus IV.L.Fin. in fin. D. de operis servor. L. Si à domino XXXVI. §. fin. D. de haer. petit. L.Fructus*

VII.in princ. D.solut.matrim. L.Fundus LI.  
D.famil.erclisc.

22 Deindè alteri difficultati respondemus, quòd legatur dos, quę olim fuit, non quę nūnc est iam per impensas deminuta, quod patet ex eo quod Consultus pro taxatione legandi formulam accipiat respectu temporis, quo tradita fuit, cùm præsens tempus nequeat attendi in uxore extranei, quę post mortem testatoris non valet de dote agere, ut diximus, ut deminutio cognoscatur, quę contingit postquam dos ad maritum pervenit, tunc enīm etiam id, quod fuit deminutum, ad eum pervenit, aliter Herclē deminui non posset, nisi prius ad eum in dote pervenisset, & apud maritum remanet extrā dotis causam, licet muliere solvente impensas revertatur in causam dotis, vndē si millē fuerunt in dote, millē sub ea formula intelliguntur legata, & cùm id exigat testatoris voluntas, licet ex post facto deminuta sit dos per necessarias impensas millē debentur, L.II.D.de dote præleg. Masius dicit. lib. II. cap. XI. &

ante

antè eum de necessarijs impeni. accepit  
præd. L. XLI. Dom. Sanctos de S. Pedro  
in M. S. ad Aristonis responsa, in L. In vo-  
luptarijs XI. hoc tit. num. IV.

23 Diximus suprà marito compete-  
re perpetuam fundi retentionem donèc  
ei uxor satisfaciat, quod difficile redditur  
ex sequenti consyderatione. Maritus non  
potest perpetuò fundum retinere , nisi  
actio dotis minuatur: atquî cùm impen-  
se corpora non minuant , nec actionem  
de dote minuere possunt: ergò nequit da-  
ri marito retentio perpetua fundi. Minor  
probatur , actio dotis non potest minui,  
nisi mariti obligatio minuatur , sed obli-  
gatio non minuitur dùm res , quas tene-  
tur restituere salvę sint : ergò si corpora  
non minuuntur , nec actio dotis minui  
valet. Deindè nullo alio legitimo modo  
potest maritus desinere esse obligatus ,  
quia compensatio speciei ad quantita-  
tem non habet locum: igitùr per quanti-  
tatem impensam non potest maritus li-  
berari ab obligatione restituendi fun-  
dum , ac proindè ei nequit concedi per-

petua fundi retentio. Quibus responde-  
mus, quod mariti obligatio non consistit  
in singulis dotis corporibus, sed in vni-  
versitate dotis, vnde per deminutionem  
dotis ipso iure contingentem vi naturae  
impensarum necessiarum mariti obli-  
gatio diminuta remanet, & cum defi-  
ciente obligatione, & actio deficiat, de-  
minuta obligatione, & actio minuitur  
extensivè, & ideo retentionem producit  
deminutio dotis, eique facit locum. Nec  
ex eo, quod corporum non fiat diminutio  
sequitur retentionem non dari, immo ex  
eo quod retentio datur, ob diminutio-  
ne in dotis ratione vniversitatis, corpora  
integra retinentur, usque quo satisfactum  
sit, & tunc fundus in dotis causam rever-  
titur, quia per solutionem reversio datur,  
& per reversionem cessat retentio, que-  
ali oquid perpetua esset, cum tantum ab-  
rumpatur satisfactione impensarum. G.  
Maius dict. cap. IX. num. XXXV. vers.  
Quarto:

24 Iuxta hanc doctrinam adserit  
Consultus in L. Sed et si XXI. D. solut. ma-

tri-

trimon. actionem de dote evanescere pro-  
rata impensarum, vel in totum, si tota dōs  
consumpta sit, vel in partem, si pars con-  
sumatur in redimendis necessarijs mulie-  
ri personis, & ratio est quia cūm hæc im-  
pensa necessaria sit, dotem minuit, & sic  
deminutâ etiam obligatione mariti pro  
eadem parte evanescit actio. Nec obstat,  
quod speciei ad quantitatem non admit-  
tatur compensatio, quia hic Text. est ac-  
cipiendus de dote pecunaria, vndē sol-  
vente marito impensas dotem solvere in-  
telligitur, nec ibi aliqua datur compen-  
satio speciei, cūm species nulla sit, immo  
adhuc si corpora inestimata essent, nihil  
obstat quia ratione impensarum non  
damus marito dominium rei dotalis; sed  
tantum retentionem, vndē nec compen-  
sationem concedimus, retentio ergo ne-  
cessario intervenit ex defectu actionis in  
vatore deficiente obligatione in marito:  
minus facit, quod hæc impensa non vi-  
deatur facta in ipsam dotem, ob quod  
non debet minuere dotem, nām actio  
evanescit ex ista, & pīssima causa re-

demp-

demptionis captivorum:argum. L. Si quis  
XXXVI. C. de donat. & propterea hic est  
casus, in quo potest dos restitui constan-  
te matrimonio Scip. Gentilis *de donat. int.*  
*lib. IV. cap. XXIII. ibi sexta, &c.*

*Constante ma-*  
*trimonio ne-*  
*quid dos repeti-*  
*de quo Dom.*  
*Olea de cessione*  
*Iur. tit. III. quæst*  
*VII. num. II.*

25 Hæc ergo retentio fundi dotalis,  
que marito competit ob necessarias im-  
penas non est accipienda reduplicative:  
hoc est, rei dotalis tanquam dotalis, sed  
rei dotalis quatenus dotalis esse desijt ob  
efficaciam necessariarum impensarum: sed  
obstat sequens ratiocinium; maritus re-  
manet in rerum detentatione, *dict. L. Quod*  
*dicitur V. D. hoc tit. & parte in fundi, vel*  
*totum retinet dict. L. LVI. §. III. D. de*  
*iure dot.* ergo si non sit impensum tan-  
tum, quantum fundus est, ea pars fundi  
dotalis, que excedit impensam, & super-  
est, retinetur ut dotalis, quia neutquam  
desijt esse dotalis, ut retineretur. His re-  
pondemus, quod maritus nullum ius ha-  
bet ad retinendam eam partem fundi, que  
excedit impensas, verum in hac hypothe-  
si de facto retinere ratione communio-  
nis, at cum vxor non debeat cogi stare

com-

communioni, dict. L. Si non solum XXVI.  
§. si centum, D. de condicione. ind. Arias de  
Messa lib. I. variar. cap. XLI. num. XX.  
Jacob. Gothofredus in L. Cum amplius  
LXXXIV. D. de reg. iur. Galvanus de usufr.  
cap. XXV. quando ei libuerit divisio fun-  
di fiet, & interim a marito retinetur re-  
servata vxori potestate solvendi impen-  
sas, & totum fundum revocandi in cau-  
sam dotis, & sic fundus pro parte quam  
retinere maritus potest, non retinetur  
tanquam dotalis, sed quia dotalis esset  
desiit, paratusque debet existere ad divi-  
sionem, ne vxor pro modicis impensis  
commodo privetur totius fundi, G. Ma-  
sius dict. lib. II. cap. XII. num. VII.

26 Nec traditis obstat, quod Vlpianus in dict. L.V. adserat maritum manere  
in rerum detentione, donec ei satisfiat,  
quibus verbis innuere videtur retentio-  
nem dari totius dotis, licet impensa to-  
tam dotem non equent, quia cum absur-  
dum sit, ut vxor ob minimas impensas,  
quas egestate laborans forsitan solvere  
non valeret, tota dote carere cogatur:

Vlpia-

Vlpianus est accipendus in cau , quo  
cūm impensē essent centūm singulis cor-  
poribus dotalib. plūs valoris esset , quā  
tūac in rei , vel rerum detentatione ma-  
neret maritus donec ei solveretur , vel res  
divideretur , ut rem dotalēi centum , vel  
parum ea excedens retineat , cætera resti-  
tuat , & sic mens Cōsulti est cōcedere re-  
rum detentationem pro rata impensa-  
rum , sivè pro parte qua deminuta fuit  
dos , cūm ex deminutione retentio pro-  
cedat , vndē in § . Si dos eiusdem legis , rectè  
quæstionem proponit de repetendo eo ,  
quod pro necessarijs impensis solet com-  
pensari , non verò de tota dote condicen-  
da , ut intelligamus quod pro expensis  
compensatur , id Consultum distinxisse ,  
& separasse à tota dote , quā eius non da-  
tar retentio , sed illius portionis , que  
compensatur , sivè correspondet impen-  
sis , G. Masius dīl. lib. II. cap. XII. num.  
IX.

27 Retentionis est præcipuus effec-  
tus perceptio fructuum , quos maritus lu-  
critacit pro rata expensarum , in compen-

ratio-

sationem usurarum pecunię erogatę in fundum, quę usurę debentur ex mora vxoris; nām cūm teneatur necessarias impensas marito refundere illico, ac soluto matrimonio maritus etiā tenetur ei fundum restituere si non solvit meritō, nē locupletetur, cūm mariti iactura fructus amittit pro tempore retentionis, in qua specie rectius procederet I. Mæstertij sententia, qui *vbi supra* marito tribuit prædictam fructuum acquisitionem ob eandem rationem, sed loquitur constante matrimonio, effectumque ponit in eo, quod maritus prædictos fructus percipiat absquè onere matrimonij, quod in opere posthumo potius Typographię errori attribuerem, quām tanto viro; nām obligatio de substinendo onere matrimonij non provenit ex receptione dotis, licet hēc pro onere sublevando tradatur, quā contractui matrimonij implicitē inest onus, quo non caret, etiam si dotem non accipiat. argum. C. Per vestras VII. de donat. inter. Riminald. consil. CXXXIII. num. XLIII. & sequenti. Baeza de non meliora nd.

*fil. cap. V. num. II. P. Thom. Sanchez de matrimonio, lib. IV. disp. XXVI. num. XXI.* excepto casu, quo maritus extremâ inopia laboret, quia tunc onera matrimonij ad vxorem spectant, *P. Barbosa in l. Si constante XXV. in princ. num. LII. & LIII. D. Solut. matrim. & relati à Siguenga de clausulis, lib. I. cap. X. num. V;* ergo si fructus omnes percipit constante matrimonio, & onera omnia substat, nullus est effectus calis adquisitionis.

28. *Quod pro rata impensarum fructus suos facit, ratione nititur, & auctoritate: ratione, quia si ratio adquisitionis est ea, qualisqualis cōpensatio usurarum, ergo usuræ debent correspondere quantitati impense, & fructuum perceptio usuris. Auctoritate etiam confirmatur ex Text. in L. fin. § fin. D. defundo dotali, cui tres adaptat Glossa species, ex quibus duas admittit Petrus Barbosa in rubr. solut. matr. III. part. num. XXXI.* Ego de deminutione dotis ob necessarias impensas agi non video, immò discream si non repugnant, verba illa: *Quominus estimationem partis fundi*

fundi viro solveret; nàm æstimatio partis fundi deberi ab vxore nequit, sinè eo quod fundus deminuat, quod repugnat traditis principijs. Nec dicas fundum fuisse tradditum pro parte æstimatum, & pro parte inæstimatum, & cùm ob impensas factas in partem inæstimatam pars æstimata minueretur vxorem solvere voluisse impensas, hoc est æstimationem partis fundi deminutę, & marito acquisitę, ut integrum fundum recuperaret, nàm in hac specie nec licet vxori impensas solvendo partem fundi æstimatam, sive diminuta esset, siue non, repetere à marito cui adquisita erat pleno iure ob æstimationem, que loco venditionis est, ut *supradiximus*. Quapropter hunc Text. solum accipi debere existimo, casu, quo fundus eo pacto fuit in dotem datus, ut si soluto matrimonio culpâ vxoris dos apud maritum esset remansura, tunc solutâ fundi æstimatione ab vxore maritus fundum restitueret, cumquę casus pervenisset, cœpissetque vxor solvere æstimationem fundi, quæstio est ob partem estimationis

nondum solutæ, & ait Consultus, quod  
maritus ob moram vxoris fundum retine-  
bit, & pro rata partis debite fructus fundi  
lucrifaciet, cæterosque debere restituiri, er-  
go sic similiter ob moram uxoris in sol-  
vendis impensis maritus fundum retine-  
bit, & lucrifaciet fructus pro rata impen-  
sarum, que ei ab uxore debentur.

29 Denique apud omnes constat ex  
*I. Dote relegata V. de dote pæleg.* retentio-  
nem dotis ob necessarias impensas non  
eile iure pignoris, sed ex ipsa natura im-  
pensarum: igitur sicut in retentione iure  
pignoris fructus computantur in sortem  
principalem reddita ratione eorum, & ex-  
pensarum, *L. II. C. de pignor. a. I. L. Titia*  
*XLVIII. de solutionib. Cap. Illa vox IV. Cap.*  
*Cum nostra VI. de pignor. L. II. & XXI.*  
*tit. XIII. part. V. L. I. tit. II. lib. VIII. compil.*  
*Felicianus de censib. II. tom. lib. I. cap. III.*  
*num. V. vers. Secunda est. Molina de pri-*  
*mog. lib. IV. cap. V. num. VI. P. Molina de*  
*iust. & iure, disp. DCLII. num. I. A. Faber in*  
*cod. decision. Sabaudiae, lib. V. tit. VIII. definit.*  
*V. & XI. Scobat de ratiocinijs II. tom. com-*

put.

*put. XIV. Carleval. de iudic. II. tom. tit. III.  
disp. I. num. XIX. Parladorius II. rerum  
quot. cap. vlt. V. part. §. XVI. num. VII. &  
VIII. per contrarium non debent com-  
putari à marito alio iure retinenti, sed re-  
tentio pro quantitate expensarum conce-  
ditur, igitur pro eadem quantitate debet  
fructus percipere, & cæteros restituere.*



### §. VNVS.

## De iure solutionis impensa- rum.

### SUMMARIUM.

Num. 1. *Quando ei libuerit poterit vxor im-  
pensas marito rependere, ut fundum resti-  
tuat, quod facere tenetur adhuc si illa spon-  
tē non solvat.*

2 *Solutis impensis ab uxore nec crescit dos,  
nec augetur, quia eadem semper fuit quoad*

do-

dominium, nisi pecunia in dote sit, sed fundus revertitur in causam dotis, à qua deficerat per impensas.

3 Quod procedit siue totus fundus, siue pars deminuta sit, licet ad divisionem devenitum sit.

4 Et hæc reversio in causam dotis idem est ac suppleri peculium remisso debito dominico iuxta I. Cuiatum à quo Tribonianum vindicamus.

5 Sed non in omnib. dos equiparatur peculio, cuius singula corpora minuantur; nam ab eo differt in actione qua petitur,

6 Et in eo quod peculium non consideratur nisi ære alieno deducto: dos verò licet ex natura impensarum minuatur, cum de minimutum in perpetuum non absit dos consideratur ratione corporum dotalium.

7 Pereunte re in quam impendit maritus impensas recuperat, quia uxorem obligat attentâ spe restituendæ dotis.

8 Sed pereunte casu si maritus non impenderat non tenetur ob omissionem.

9 In quo maritus differt à bonæ fidei possessore, qui pereemptâ re nequit impensas

re-

repetere nisi actione agat universalis, quan-  
do veri domini nomine impeditur.

10 Integrà restituta dote non habita ratio-  
ne impensarum condictionem ex æquitate  
habet maritus pro quantitate impensa.

11 Quæ condictio actio appellatur in L.  
Fructus 7. §. fin. vers. Planè, D. soluto  
matrim.

12 Et ex eo patet maritum dominum non  
esse rei dotalis deminutæ, quam tunc non  
condiceret.

13 Nec obstat quod retentionem habeat  
(quia iuris) ut habeat condictionem.

14 Nec textus, qui exponitur, in L. Qui  
exceptionem 40. §. Si pars 1. D. de con-  
dict. indeb.

15 Quæ certi condictio marito competit  
adhuc si in dote pecunia sit, vindicatio neu-  
tiquam.

16 Denique Justinianus Imp. nil circà ne-  
cessarias impens. constituit pro quibus sem-  
per retentio competit, adhuc si incontra-  
rium paciscatur.



ÆC Sufficiant de effectu impensatum necessariarum, siue retentione, nunc recto tramiti inhaerendo succedit effectus solutionis impensarum ab vxore patræ, in cuius arbitrio est quando ei libuerit impensas solvere. Nec obstat quod Paulus ex sententia Scæbolæ adserat *in dict. L.LVI. §.III.* *D. de iur. dot.* intrâ annum debere uxoriem impensas offerre, nè fundus desinat esse dotalis, ibi: Sed si tantum infundum dotalem impensum sit per partes, quanti fundus est desinere eum dotalem esse, Scæbola noster dicebat, nisi mulier sponte marito IN T R A A N N V M impensas obtulerit. Nam prædictam Scæbolæ sententiam Paulum reieciisse pro comperto habemus, ut *supradiximus*, adseveramusque fundum statim desinere esse dotalem, sed vxori licere etiam vltra annum impensas solvere, quo

tacto

facto fundus, qui desierat esse dotalis, revertitur in causam dotis, maritusquè eum restituere tenetur deficiente iure retentoris, argum. text. in *L. Hæres XXVIII. D. qui, & à quibus, L. Generalitè XXIX. §. sub conditione. eodem*, Gofredus in *L. Quod dicitur V. D. hoc tit. num. II. in glos.* postea revertatur. G. Masius dict. lib. II. cap. IX. num. XIX. cùm sequenti, & num. XXXV. vers. quod Merenda. Similitè notandum est nihil ad rem facere quod mulier impensas offerat spontè nec nè, ut in causam dotis fundus revertatur, quia præterquam quod sententia Scæbolæ id adserentis reicitur à Paulo in *dis. L. LVI. §. III.* Non dixit Scæbola spontè ob id, quod de essentia solutionis impensarum esset spontanea vxoris oblatio, sed ex supposito dixit, quia frequentè vxor spontè offerret impensas, ut fundum recuperet, itaque etiam si ex monitione, siue instigatione alterius mulier impensas solvat, maritus tenebitur eas recipere, fundique retentio cessabit, ut contraria Mereda docet G. Masius lib. II. cap. IX. num. XXXV. vers. Dezimo.

2 Quærit Paulus *in dict. L. LVI. §.*

*Quod dicitur III. D. de ture dot. quid ergo si mulier impensas marito solverit, vtrum crescatur dos, an ex integro data videbitur?* In qua quæstione dissentire constat à sententia Scæbolæ volentis dotem crescere, vel de novo datam videri, cum in fundo dos consistat qui dotalis esse desierat: Paulus ergo statuit fundum reverti in dotis causam non verò augeri dotem, quia licet dos minuatur ipso iure, non ita minuitur, ut dominium fundi matito acquiratur, & ideo solutis impensis ipso iure in dotis causam revertitur, ut restituï debeat vxori solventi, quod significare voluit Vlpianus *in dict. L. V.* hoc tit. adserendo non corporum, sed dotis fieri deminutionem, non enim ipso iure corporum, sed dotis sit deminutio, ut *in L. I. §. impensæ IV. D. de dote præleg. L. Penult. & fin. D.* hoc tit. At si dos in quantitate etiam consistat deminui, ita ut nunquam in dotis causam revertatur, quod deminutum fuit. Vnde venit intelligendus Vlpianus dum quærit, ubi ergo admitimus deminutio-

nē dotis ipso iure fieri? quæ interrogatio est accipienda absq[ue] spe reversionis in dotem; quarè respondet, hanc diminutionem perfectius fieri vbi non solum sunt corpora, sed pecunia, cuius dominium irrevocabile transit in maritum, qui manet obligatus impensis solutis ad genus restituendum, quod cùm functionem recipiat, merito dicitur perfectus minui dotem pecuniariam; quia solutis impensis non eadem corpora, sed alia restituuntur, & ita dos crescit, aut augeatur, dicit.L. Quod dicitur V. §. I. D. hoc tit. ibi: *Et ego ubi pecunia est non dubito dotem videri creuisse*, quod cùm sit diuersum in corporibus, & fundus licet definit esse dotalis quoad restitutionem nō definit esse dotalis quoad dominium, nec tā perfecte dos minuitur per impensas, nec ijs solutis valet dici dos auēta, ut in dote pecuniaria accidit, quō collimat doctrina Massij dicit.cap. IX.num.XXI.

3 Qæ doctrina recte procedit quando totus fundus definit esse dotalis, at si pars fundi tantū dotalis esse definit, &

deveniatur ad divisionem , per divisionem novum aliquod ius videtur marito acquisitum , ergo hoc ius impedimento erit ut ea pars diminuta , & marito acquisita in dotis causam revertatur : negamus sequellam , quia divisione fundi non est validior ipsa diminutione , ex qua procedit , vnde sicut totus fundus definit esse dotalis , ex eoquè maritus acquirit retentionem , non aliud ius , sicsimiliter illa pars fundi divisa à marito retinetur , nec aliud ius præter retentionem marito acquiritur : disonum Hercules esset , quod plus conferrent impensè modicè non æquantes pretium fundi , quam magna , quæ totum fundum faciunt definere esse dotalem , quod roboratur argum. text. in L. Ita constante XXVI. cum seq. D. de iure dot. ( de quo P. Barbos. in rubr. solut. matrimon. III. part. num. LXXVIII. & in Leg. I. V. part. & num. VI. ) ubi docemur constante matrimonio posse permutari , si utile sit vxori dotem ex re in pecuniam , vel ex pecunia in rem , quod si ita fiat res , vel pecunia substituta dotalis efficitur : ergo

si res, vel pecunia, quæ dotalis non fuit, dotalis efficitur permutatione, multò faciliùs res vxoris licet divisa, per reunionem revertetur in causam dotis.

4 Gravius obstat prædictæ doctrinæ exemplum peculij, quod nomen iuris vñiversale est, sicut de dote diximus: & attamen peculij vñiversitas *suppletur* remisso, aut soluto debito domînico, *L.Peculij IV. §. si ære alieno V. D.de peculio: ergo vñiversitas dotis per solutionem impensarum suppletur*, non revertitur fundus in causam dotis. Hæc difficultas adeò grandis fuit visa G. Masio *dict. cap. IX. ex num. XIII. & Valeron animadversion. cap. XI.* ut pro ea solvenda anxie laborent: sed nos retentâ doctrinâ deminutionis dotis, ut non acquirat marito dominium fundi; sed tantum retentionem ex eo, quod desinat esse dotalis, facilitiori negotio hæc percipiemus: adserimus ergo cum magno Cujacio, *lib. XXIII. obseruat. cap. XII.* vñiversitatem dotis suppleri, sicut peculij, nec obstat revertionem in causam dotis, quid hæc? nisi quod deficien-

te

te per solutionem impensarum iure re-  
tentionis fundum reverti in causam cæ-  
terę dotis , ut sicut hæc debeat à marito  
restitui: solùm bonâ Interpretum Princi-  
pis pace cum eo nequeo venire in addi-  
cendis Triboniano verbis Text. in dict.  
*L.LVI. §.III. D.de iure dot. ibi; Nisi mulier*  
*spontè marito intrà annum impensas obtule-*  
*rit: quibus neutiquam Tribonianus Scœ-*  
*bolæ sententiam adminiculatur, cùm pa-*  
*teat ex Textus serie , hæc verba ex ipfius*  
*Scœbolæ sententia esse, quam vtpotè ini-*  
*quam Paulus rejicit; quod idem sentio de*  
*illis alijs , & magis est , ut ager in causam*  
*dotis revertatur , sed interim alienatio fundi*  
*inhibeatnr : quæ manifestè nostram pro-*  
*bant sententiam , scilicet alienationem*  
*fundi, ex L.Iulia inhiberi, cùm non desi-*  
*nat esse dotalis fundus quoad dominium,*  
*sed revertere in causam dotis , à qua per*  
*retentionem defecerat, amittendo dotali-*  
*tatem: ergò neutra Triboniani sunt , sed*  
*alia Scœbolæ, alia Pauli.*

5 Rursus ex ipsa natura peculij in-  
surgit difficultas circà nostri Tractatus

principium singula dotis corpora non  
deminui, dicit. L.I. §. impensæ IV. D. de do-  
te præleg. cum alijs, nam docemur in text.  
in L. Si peculum VI. L. Denique VIII. D.  
de peculio legato, singula peculiaria corpo-  
ra deminui propter æs alienum: sed dixi-  
mus peculum doti æquiparari: ergo si-  
cùt corpora peculiaria deminuuntur sic  
corpora dotalia deminui debent propter  
impensas, non universitatem dotis salvis  
corporibus. Quibus respondemus omis-  
sententiâ I. Cuiacij dict. lib. XXXIII. ob-  
servat. tap. XII. duplicem esse differentiam  
intèr peculum, & dotem, prima est quod  
nulla est in iure actio, qua peculum uni-  
versaliter petatur, ideoquè singula corpo-  
ra vindicanda sunt, L. Vindicatio LVI. D.  
de rei vindicat. D. Larreatigui lib. 1. seleclar.  
cap. II. num. III. cum sequenti, ex quo infer-  
tur non minui universitatem peculij ære  
dominico, sed singula corpora pro rata,  
L. Servus XXX. D. de act. empt. Precept.  
meus lib. II. opuscul. secl. III. cap. VI. num.  
VI. quapropter deminutio peculij ope-  
ratur in corporibns peculiaribus, que ven-  
di-

dicanda sunt; ad quid ergò deminutio  
vniversitatis peculij, quæ nullatenus est  
petenda ex defectu actionis, at in dote  
cùm regulariter non detur compensatio  
speciei ad quantitatem, nec huic regulæ  
derogare sit opus, quia per actionem de  
dote ipsa dotis vniversitas petitur, non  
singula corpora; ideo vniversitas demin-  
uitur, quæ vindicatur, non corpora, quæ  
iniquum est propter pecuniam deminui.

6 Secunda differentia est, quod  
quandò peculium est separatum à domi-  
ni rationibus, non censetur esse, vel fuisse  
de peculio id, quod domino debetur,  
*L. Sed si damnum IX. §. fin. D. de peculio,*  
*L. Si cum dotem XXII. §. fin. D. solut. matrim.*  
(de quo Arias de Messa *lib. III. variar.*  
*cap. XXI.*) quamobrèm deminutio cor-  
porum fit propter domini voluntatem, &  
peculij naturam, quæ non patitur, ut quid  
in peculio computetur, nisi prius æs  
alienum deducatur, *dicit.* *L. Sed si damnum*  
*IX. §. peculium II. D. de peculio.* vnde dicen-  
dum venit corpora singula minui, & id,  
quod supereft, vindicandum est, ære do-

mi-

minico deducto, *L. Deposit. V. § fin. D. de peculio*; at in dote hæc omnia diversa sunt, corpora enim fuere ab initio, & fuisse censentur dotalia, nec eximuntur ex causa dotis propter dotis naturam, sed solâ impensarum ratione: nec sit deductio cofine, ut id, quod ex dote minuitur, censetur in dotis causa nunquam fuisse, ideoquè quod existimatur absurdum in dote, ut corpora diminuantur propter pecuniam, in peculio ex ipsius natura admittitur propter debitum dominicum. *G. Masius dict. lib. II. cap. IX. num. XXIV.*

7 Succedit quæstio de interitu rei dotalis, in quam impensum fuit à marito, in quo casu videtur adserendum maritum amittere impensas factas, nàm è quum est rem suo domino petire, *L. Fænerator VI. D. de naut. fæn. L. Pignus IX. C. de pignorat. act. L. Fortuitis VI. C. eodem, L.I.L. Cum speciem V. C. de periculo, & commodo rei vendit.* sed maritus dominus est rei dotalis: igitur ea pereunte, maritus amittere debet impensas. Sèd responde mus, quòd maritus impendendo in res

dotales vxorem obligat, vnde licet pereat res dotalis, attamen obligatio vxoris durat, ex qua marito oritur actio ad repetendas impensas, cum sine facto suo res periret; nec interest, quod qualequale dominium maritus habeat in dote, ex quo videbatur non posse in propria re im pendendo alium obligare, nam attenduntur spes restitutionis dotis soluto matrimonio, in quem eventum confertur obligatio.

8 Sed obstat, quod si maritus necessarias impensas non fecerit, tenetur in id, quod mulieris interfuerit: ergo tenebitur, quamvis res casu pereat. Probatur consequentia, non est tempus spectandum, quo res periret, sed quo mulieris interfuit: argument. *L. Qui autem XII. §. I. D si quis cautionibus*; at mulieris interfuit antequam periret res: ergo licet deusta sit maritus damnabitur in interesse. Quibus respondemus, quod non semper condemnatur maritus ob necessarias impensas omissas, sed tunc quando ex illa omissione res deterior est redditum, vel periret,

cum

cum vero absque mariti culpa casu fortuito res consumpta est, non debet damnari maritus ob necessarias impensas omissas, quia licet facte essent, res erat peritura, L. Et in totum IV. D. hoc tit. at si necessariae impensae factae sint, deindeque res perierit casu fortuito absque mariti culpa debet haberi ratio impensarum, L. Sed an vltra X. §. I. L. Si hereditaria XXII. D. de negot. gest. Vnde manet mulieris non interfuisse impensas factas fore, cum res semper esset peritura iuxta tradita supra seet. I. num. VI.

¶ Deinde si res perierit, in quam sunt factae necessariae impensae bona fidei possessor eas amittit: ergo & maritus semper amittet impensas pereunte re: antecedens probatur ex L. Vtique XVI. D. de rei vindicat. vbi Consultus ait, quod perempta re, ob quam agebatur, iudicium adhuc superest ad accessoria, in quibus non enumerat impensas: ergo quia pereunte re non superest iudicium ad eas consequendas. Respondemus constituendo differentiam inter iudicium, quo petitur

res particularis , & int̄ id , quo petitur aliquid vniuersale , quā in hoc non consyderatur aliqua res specialis sed ipsa vniuersitas , quæ in se continet omnia bona , argument . L . I . C . de evic̄tion . Itaq̄e lic̄t consumpta sit res , in quam impensē fuēre faētæ , ex alijs deducendæ sunt , qua propter in iudicio vniuersali petitionis hæreditatis bonæ fidei possessor adhuc perempta re impensas consequitur , ut ait Consultus in L . Planè XXXVIII . D . de pet . hæred . (de quo Hunius vol . I . dis . XIV . quæst . XXIV . Sarmient . I . selec̄t . cap . I . Faquineus II . controu . LV . Linglois decis . I . quæst . I . Ant . Fab . lib . II . coniect . cap . I . & de errorib . præcm . decis . XXVI . error . IX . num . VI . & error . VIII . num . XVI . noster Pichard . in § . I . de iudic . Carrança de partu . cap . IV . sect . III . M . Lyclama lib . VII . memb . egl . IV . & § . I . G . Masi . lib . II . cap . XIV num . XVII .) At in dict . L . XVI . (de qua Fornerius rer . quotid . lib . VI . cap . IX . G . Pancirolla rerum memorab . part . II . tit . XI . Iac . Gothofred . in L . Nihil CXXIX . § . I . D . de reg . iur . noster Valentia II . illustr .

tract.

tract. II. cap. III. cùm sit iudicium speciale  
circà illam rem, in quam fuerunt impen-  
sæ factæ, si res perierit, per cōsequens im-  
pensæ pereunt, quæ per retentionem tan-  
tū seruari poterant, L. Si in area XXXIII.  
D. de condic. indeb. ex quo maritus, & hæ-  
res cùm agant iudicio universalis, quam-  
vis res pereat consequuntur impensas  
necessarias, quamvis bonæ fidei possessor  
amittat dict. L. Et in totum IV. D. hoc tit.  
In iudicio autem speciali quando veri  
domini nomine facta est impensa, licet  
res pereat iure actionis consequi potest,  
L. Sed an vltro X. §. I. L. Si hæreditaria  
XXII. D. de negot. gest. L. Si necessarias VIII.  
D. de pignorat. act. Barbosa in dict. §. fin.  
num. LXIV.

10 Sequitur celebris apud Iuris Auc-  
tores quæstio àn si tota dos esset soluta à  
marito non habitâ ratione impensarum  
daretur repetitio pro eo, quod pro neces-  
sarijs impensis solet compensari? & quæ-  
vis plerique negaverint, Marcelli sententia  
obtinuit condictionem marito tri-  
buentis ob equitatem, Text. est in L. Quod  
dicti

dicitur V. §. si dos II. D. hoc tit. Aequitas  
enīm in eo est , nē alioquī maritus im-  
pensarum patiatur detrimentum. Sed ra-  
tio, ob quam Consulti denegabant con-  
ditionem eam fuisse, docet P. Barbosa  
*in rubric. solut. matrim. III. part. num. IV.*  
scilicet quod ius mariti consistit in com-  
pensatione , quæ fieri solet de impensis  
cūm rebus dotalibus , ut patet ex illis  
Text. verbis , quod pro impensis necessarijs  
compensari solet: ergo cūm maritus res do-  
tales restituat non facta compensatione,  
amisso iure, nequit tanquam indebitè sol-  
utas repeteret, sed hanc subtilitatem , ut  
non amplectentur Consulti fecit, quod  
cūm ob impensas necessarias res restituta  
amisisset dotalitatem, sive dotalis esse, in-  
debitè maritus eam tanquam dotalement  
restituit , quā plus juris , quam compensa-  
tionis habebat, & ideo repetitionem habet,  
quam fatemur non haberet, nisi ex pura  
equitate , si ista qualitas deficeret indo-  
talitatis , & tantum maritus ad compen-  
sandum ius haberet , ex doctrina Text.  
*in L. Si cūm dos VIII. vb̄ Barth. D. de act.*

rer.

*rer. amot. (de quo Casp. Schifor de gherus ad  
Fab. tract. I. quæst. V.L. Qui in vicem XXX.  
D. de condic. indeb.)* Ipse Barbos. tradditâ ra-  
tione nondum quietus adfert aliam pro  
Marcelli cœquitate, scilicet quia indote  
compensatio ipso iure contingit, cum ip-  
so iure dos minuatur, vnde cum non spe-  
retur factum hominis, quando maritus  
restituit iam indebet restituit rem sibi  
compensatione ministerio iuris acquisi-  
tam. Quæ coniectura nobis arridet, non  
in omnibus, nec in nullo casu, sed quan-  
do in dote est pecunia, quæ diminuatur,  
quia tunc ipso iure contingit, si vero  
fundus inestimatus tantum in dote sit,  
cum vxor non amittat dominium non  
ita compensatio contingit, nec vigore  
valet ratio Barbosæ, quæ mirè convenit,  
*diel. §. si dos, ubi Consultus forsitan loqui-  
tur de dote, quæ in quantitate pro parte  
consistit, nam cum in §. antecedenti, di-  
xisset, & ego ubi pecunia est non dubito do-  
tem videri creuisse: illicò subiungit quæs-  
tionem de integra restituta dote. Sed  
idem tenendum est in dote, quæ tantum*

in

in corporibus consistit quoad condic-tionem, quia æqualiter hæc minuitur, licet minus perfectè per necessarias im-pensas, cùm licet corpora non diminuā-tur, desinant tamèn esse dotalia, quod sufficit, ut respectu dotalitatis amissæ ma-titus indebitè, tanquam dotalia resti-tuendo, condictionem posteà habeat,  
G.Masius *diēt. lib.II. cap.XV.*

II Hæc ergò condic-tio indebiti, quam Marcellus cōcedit marito si omis-sa retentione restituerit integrum dotem, antequam impensæ illi solverentur, vt prædictas necessarias impensas recuperet, actionem, & petitionem appellari à Cō-sulto in *L. Fructus VII. §. fin. vers. Planè, D.solut.matrim.* & eius decisionem esse in-telligendam in hypothesi, qua maritus dotem restituit, docet G.Masius *diēt.lib.II. cap.IX. vers. Undecimo*: nec mirūm est condictionem actionem vocari, cùm actio personalis sit, *§. Appellamus XV. Instit. de action. L. Certi IX. §.I. D.de rebus cred. L. I. §. I. D. de condic-t. ind.* (de quo Arn. Vin. *lib. I. eleēt. capit. XLVII.*) quæ

tubti-

Subtilissimi viri interpretatio necessaria est, cùm maritus non habeat actionem pro repetendis impensis præter conditionem. Vnde Doctis. Gofredus *in d.* §. *Impendia fin. vers.* Itèm notat: mirabile dixit quod impensè necessariè marito parerent actionem cùm ipso iure dotem minuant, & difficultate opressus, *in L.* *Quod dicitur V.D. hoc tit. num. VIII. ferre,* nequibit hoc absolute etiam procedere in dote pecuniaria, quâ perfectè per impensas deminutâ debitum extinguitur.

12 Ex his principijs vires sortitur nostra observatio, maritum scilicet non acquirere dominium rei dotalis per necessarias impensas, sed tantum retentio- nem, nàm dominus non condicit rem suam, nisi à fure, quod in odium furum fuit stabilitum, *L. Final, in fine, D. vnu- fructuarius quemadmodum cau. §. Sic ita- que discretis XIV. vers. Planè Inst. de action.* Cujacius *in comment. ad tit. C. de condicēt in d. & de condicēt. furt.* A. Faber. *in L. certi condicō IX. D. de reb. credit.* Hilligerus lib. XXI. *commentar. Donelli cap. II. lit. L.*

P. Barbol. in Leg. VIII. §. fin. solut. matrim. num. XXVIII; ergò maritus habens conditionem dominus non est: deinde formula conditionis est, si appareat eum dare, facere opportere, L. Si scripsisset XLVI. D. de legat. II. §. Is quoque I. Inst. quibus modis re contrahitur oblig. Brilonius lib. III. de formulis circā principium, Præc. meus lib. II. opuscul. seēt. I. cap. VIII. num. VIII. & cap. IX.. num. V. sed domino nihil potest dari cum amplius suum fieri nō poscit, d. §. Sic itaq; discretis, ergò maritus petit ei dari, quia dominus non est.

13 Nec obstat text. in L. Ex quibus LI. D. de condicēt. indeb. vbi docemur habentem tantum retentionem, conditionem non habere, si solvat; sed maritus habet retentionem: ergò vel non debet habere conditionem, vel si eam habet est ratione dominij; nām respondemus in dict. L. LI. non excludi à conditione, qui non habet dominium, nec de dominio agi, sed qui tantummodo habet retentionem facti, vt ibi prævidit D. Gothofredus lit. Y. que est ratio

text.

text. in L. Si in area XXXIII. in fin. de condic*t*. indebiti, L. Paulus XIV. D. de doli mali except. iuncta, L. Sumptus XLVIII. D. de rei vindic. Bachov. in §. ex diverso XXX. Inst. de rer. diuif. num. II. at retentio iuris impedimento non est condic*t*ioni vnde cūm maritus iuris retencionem habeat, hoc est ipso iure ex deminutione competentem non per exceptionem, recte poterit, & condic*t*ionem habere. Et facit text. in L. Servus quem XXX. D. de action. empti vbi servus cum peculio venditus rem vendori subripuit antequām traddetur, vendor servum, & peculium traddidit, non deducto eo, quod servus debebat ex causa condic*t*ionis furtivæ, quod minuerat peculium ipso iure, L. Denique VIII. D. de peculio leg. & vendori competit condic*t*io certi de indebito soluto, quod plūs solvisset, quām in peculio esset, Cujacius tract. VIII. ad African, in dict. L. XXX: ergo & maritus valebit vti retentione, & si solverit condicere imminutum certi condic*t*ione.

14 Nec contrariatur textus in *L.*  
*Qui exceptionem XL. §. si pars I. D. de*  
*condict. indeb. vbi hæres, qui necessario*  
*impedit in domo per fideicommissum*  
*relicta, si sinè impensarū deductione do-*  
*mum traddiderit posse INCERTI con-*  
*dici, quasī plūs debito dederit adseritur:*  
*igitūr non certi, sed incerti condicione*  
*agere valebit maritus, nī dominum esse*  
*fateamur, cui respondemus in prædicta,*  
*L. hæredem non habere retentionem*  
*iuris, sicut maritus, sed facti, vndē ad re-*  
*vocandam possessionem indebetē traddi-*  
*tam condicione incerti agere potest, ut*  
*in L. Hæres XXI. D. ad S. C. Trebell. de*  
*quo doctissimus, & singulari ingenio*  
*præditus Condiscipulus noster D.D. Di-*  
*dacus de la Serna vespertinus iuris civilis*  
*Antecessor in II. exercitationum, quas in*  
*prima iuventa senili iudicio edidit, Cu-*  
*jacius in §. Ex diverso XXX. Inst. de rer. diuis.*  
*& in comment. ad tit. C. de condict. indeb.*  
*R. Bachovius in dict. §. Ex diverso, P. Bar-*  
*bosa in rubr. soluto matrim. III. part. num.*  
*XL. & in L. VIII. § fin. II. part. num VII.*

¶ XIV. Incerti denique condic<sup>t</sup>io in formula differt à condic<sup>t</sup>. certi, nām concipitur si appareat eum facere opportere, quā per verbum facere petitur poss<sup>s</sup>io, quē facti est, L. Denique XIX. D. ex quibus caus. mai. Duarenus de condic<sup>t</sup>. indeb. cap. II. Pr<sup>e</sup>cept. meus l. b. II. opuscul. sect. I. cap. IX. num. V.

15 Sed quod adserimus generaliter competere certi conditionem pro recuperandis impensis integrē dote soluta, videtur procedere non posse si in dote pecunia sit, nām si dos pecuniaria pro parte deminuta marito perfecte acquiritur, videtur habere tanquam dominus rei vindicationem pro ea parte recuperanda, quam indebetē solvit; atquī condic<sup>t</sup>io non datur habenti actionem in rem: ergo pro dote pecuniaria nequit maritus agere condic<sup>t</sup>ione. Cui difficultati facimus satis negando marito rei vindicationem, quā per traditionem dominium transtulit in vxorem, quod ipse habebat, nām quoties quis iudicat per errorem se aliquid debere, & illud tradit-

trans-

transfert dominium in accipientem, cùm  
reperiatur domini voluntas volentis do-  
minium transferre, & causa scilicet solu-  
tio, licet falsa sit, argum. *L.* In omnibus  
*L.V.* *D.* de obligat. & act. Cujacius in ru-  
bric. *C.* de condic. indeb. *A.* Faber. de erro-  
ribus pragmat. decade *LXXXVII.* errore  
*VII.* *Arn.* *Vinnius* lib. *II.* select. cap. *XXXV.*  
tanta ergò est efficacia traditionis, ut do-  
minium ipsius consyderetur effectus, *L.*  
*Traditio* *XX.* infin. *D.* de acquir. rer. dom. §.  
Per traditionem *XL.* *Inst.* de rer. divis. *Gifa-*  
*nius* in *L.* Si procurator *XIII.* de adquir.  
rer. dom. Itaque necessario tribuitur mari-  
to indebiti condicō certi,

16 Sublata rei vxoriæ actione ab  
Imperatore Iustiniano in *LVNICA*, *C.* de  
rei vxor. act. nil ipse de novo circà ne-  
cessarias impensas statuit; quod durum  
videtur ex ea consyderatione: si substulit  
Imperator retentionem ob impensas  
vtiles, etiam debuit tollere ob necessa-  
rias, ratio est, quia substulit retentionem  
ob vtiles, eo quod haberet maritus actio-  
nem ad eas consequendas; sed ad necef-  
ratias

sarias impensas consequendas eadēm actiones habet: ergo nequè pro necessarijs debet competere retentio post Iustiniani constitutionem. Quibus respondemus maritum nunquam habuisse retentionem pro impensis vtilibus, vt credidit A. Faber. *de error. pragmatic. decade LXXXII. error. IV.* sed deductionem, & exactiōnem, in quorum locū Iustinianus instituit actiones mandati, & negotiorum gestorum, quæ mitiores sunt, cùm vxor non cogatur rem vendere, nifī post adeptam possessionem: at retentio nem pro necessarijs impensis competenter non immutavit, cùm hæc ex ipsa impensarum natura proveniat, quæ ipso iure operatur, quarè nec inter coniuges potest pacisci de non agendo ob impensas necessarijas, vt eleganter docemur, *in L. Illud convenire V. §. fin. D. de pact. dotab.* Cui foīsam primus decisivam rationem adsignabo, Antiqui prætermisserunt excepto uno Baldo, qui plura congerit, ad primum, & secundum pactum in hac lege prohibitum concernentia, non ad

tertium, ad nos spectans; ideo ergo pactū, nē ob impensas necessarias ageretur, non servatur, quia frustaneum, & ridiculum est, cùm maritus, qui prædium dotale de-minutum ob necessarias impensas iuris ministerio retinet, acturus non sit, quarē nihil promittit non agere promittendo, vnde rationem rationis prestitit Consul-tus, quia tales impense dotem ipso iure minuunt, ex quo provenit ut maritus agere non sit opus, quam immediatam cationem suprescit, & ideo si pepigit de non agendo, nihil pepigit, quod servetur, ex eo quod pactum sit: quo missam facimus disputationem de pacto contra le-gum dispositionem, & naturam rei, in-quas extra aquam, vt aiunt, nos inducent Antiqui Albericus de Rosate, & Baldus in dict. L.V. & in L. Iuris gentium VII.

§. si paciscar, D. de pactis, vbī  
doctē se gerit Hot-  
manus.

(§)



### SECTIO III.

*Quales impensæ dicantur  
utiles, & de earum  
natura.*

### SUMMARIUM.

*Num. 1. Utiles impense describuntur.*

- 2 *Quarum exempla varia, ut novelleto facio, quod à nouali differt, hoc est area anteà non proscissa.*
- 3 *Licet renuat Turnebus, qui notatur, cùm non distinguat propriam novalis ab impropria significatione.*

- 4 *Et pistrini domui adiecti: eius descriptio, ethimolog:a, & origo.*

- 5 *Et species, trufatilium, scilicet, mola-Henestroffa, de Imp. S rum,*

rum, quibus servi applicabantur, ut manibus circumagerent: non asinarijs.

- 6 *Expositus Plautus.*
- 7 *Deinde pistriini asinarij.*
- 8 *Et aquariarū molarum, quæ postea inventæ.*
- 9 *Trapetum à prædictis longè distat, nec propiè accipitur nisi de molis olearijs.*
- 10 *Sed hoc regulariter procedit, nām respectu indigentie villæ potest pistrinum necessarium adiici.*
- 11 *In horreis etiam ædificandis utiliter impenditur, quorum due species, defossa, & sublimia.*
- 12 *Est etiam utilis impensa, quæ fit in erudiendis servis, de quo text. in L. 1.C. de infant. exposit.*
- 13 *De expositione parvolorum remissio.*
- 14 *Et de eruditione servorum locus Horatii.*
- 15 *Utiliter etiam impendit maritus si litis estimationem solvit pro damno à servo dotali illato.*
- 16 *De litis estimatione in foro Attico aliqua bbiuntur.*

- 17 De taxa acceptione timematis pro omni litis aestimatione etiam in privatis delictis, de quibus exempla.
- 18 Tabernæ adiectio etiam pro utili impensa à Consultis habita.
- 19 Et denique pastina instituere, agrum stercore, & repastinatio arbusti utilis est impensa.



I TILES impensæ sunt, quæ in se non habent impendendi necessitatem taliter, ut si factæ non essent, res dotalis deterior redderetur, quam erat tempore, quo tradita fuit: sed factæ fructus augent, & rem vxoris dotalem meliorem reddit, L. Quod dicitur V. §. fin. D. hoc tit. Vlpianus in fragm. tit. VI. §. utiles pen. P. Gregorius lib. IX. syntagma, cap. XXIII. num. XXII. & seq. & lib. XXI. cap. XVI. num. IV. I. Cuiatius lib. XXXVII. Pauli ad edict.

*in L. Et in totum IV. D. hoc tit. & in L. Impensæ LXXIX. D. de verb. sign. P. Barbos. in L. Divortio VIII. D. solnt. matrim. §. fin. I. part. num. XXXI. Hilligerus lib. XIV. Comment. Donel. cap. VIII. lit. B.*

2 Harum impensarum exempla varia proponuntur à Consultis, nè cùm Grammaticis rem agamus, & ea licet leviter percurrere opere pretium erit; ut rectius eorum responsa percipiatis. Primum se se offert *Novelleti* factio propositum à Paulo *in L. Veluti VI. D. hoc tit.* & à Gaio *in L. Utiles XXXVI. D. de hered. petit.* Novelletum est novum olivetum, sive novis olivis, olivarumvè stipibus consitus campus, area: hisp. *Estacada: cùm semel hæserunt arvis, auræsq; tulérunt: quas stipites novellas olivarum appellat regius Psalmista, Psalm. CXXVII. Filij tui sicut novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ: Et sic ex novellis novelletum dictum, & novellum *in L. Vir in fundo VIII. D. de fundo dot.* apagè dicás novale aliquandò novelletum esse, vt voluit D. Gothofredus *in L. Silva XXX.**

§. Novalis II. D. de vertor. signific. lit. M.  
 nàm novale terra est , sive area de novo  
 arata, satavè, quæ forsà silva erat , quia  
 incultæ pacantur vomere silvæ : ut exprelse  
 patet ex L. Final, D. de termino moto ( quam  
 de novelloto Gothofredus accepit ) &  
 rectè docuit Servius, à quo immerito ille  
 discessit, cùm in d. L. Veluti VI. Vineam  
 novis vitibus consitam novelletum ap-  
 pella cum Amb. Calepino à quo nullus  
 aliis testis assertur preter Paulum in ea-  
 dem L. VI. cum & ipse Gothofredus  
 fateatur plerosq; olivetum legisse in d. L.  
 quibus adsentirem si non legerent, sed  
 intellegerent.

3 Nec contrarium suader A. Tur-  
 nebus lib. XVIII. adversar. cap. XII. qui  
 rectè inter segetes , & novalia discrimen  
 constituit ex illo Maronis ecloga I. vers.  
 LXXI.

*Impius hæc tam culta novalia miles  
 habebit?*

*Barbarus has segetes?*

Sed non adeò fœlicitè novalia ab-  
 solutè definit glebam alternis annis fa-

cam



tam authoritate Poëtæ I. Georgicor. vers.  
LXXI.

*Alternis idem tonsas cessare NOVALES.  
Et segnem patiere situ durescere campum.*

Nàm vt illi c agn ovit eruditis. P. Cerd a, hęc acceptio impropria est , licet ex v su Authorū vox traducatur ad signandū agrū, qui alternis cessat, alternis feritur annis, cū dubiū non sit doctis quin proprie ager novalis sit is, qui nūquā anteā prof cissus, nunquām cultus , vndē videlicet iuxta Plinium lib. XVIII. cap. XIX. vetus silva excissa est. Quintil: *Segnem futuris novalibus eruis silvam, erutamq; terrā prof cissā, & aratro inversā condis:* vel prata, pascua, solumvè graminosum , vt dixit Columella lib. VI. de re rust. cap.I. vt pastorem ab agricola distingueret , quòd hic subacto, ille novali gaudeat solo, ibi: *Cum ille quām maximē subacto, & puro solo gaudeat, hic NOVALI, graminosq; Sido nius lib. VIII. epist. VIII. Quousq; prati comantis exuvias hibernis NOVALIBVS, non ut eques, sed vt bubulus abscondis.* Ad quam impropriam significationem pertinet

Varro

Varro lib. IV. de lingua lat. n. IV. ad finem,  
ibi: *Ager restibilis, qui restituitur ac referitur*  
*quotquot annis: cōtrā, qui intermittitur à no-*  
*vando NOVALIS ager:* Et eandem significati-  
onem tradit D. Isidorus lib. XV. origin.  
cap. XIII. ibi: *NOVALIS ager est PRI- MVM*, hoc est anteā, Cuiatius, & Rebu-  
fus in d. L. Silva XXX. proscissus: sive qui  
alternis annis vacat, novandarum sibi virium  
causā: quae verba expositionem contine-  
re videntur dict. L. XXX. §. Novalis II.  
ibi: *Novalis est terra præscissa, quae anno*  
*cessavit.* Sed ambas acceptiones propiam,  
& impropiam civiles leges amplecti di-  
sertè docet P. M. in cap. XXI. de verbis.  
significat. ibi: *Quid per NOVALIS voca-*  
*bulum intelligi debeat à nobis t. f. requi- sivit:*  
*licet autem quidam dixerint, quod NOVA-*  
*LE sit TERRA PRÆCISA, QVÆ*  
*ANNO CESSAT;* en verba d. §. Novalis  
II: *alijs afferentibus, videlicet Califratō*  
in dict. L. fin. D. de termino mot: *quod*  
*ex SILVA, quæ arboribus extirpati ad Cul-*  
*tum redigitur, fieri NOVALE dicatur, qua-*  
*rum utraq; interpretatio ex civilibus legibus*

collī-

colligitur; nos tamen inquisitioni tuae taliter respondemus: quod eam credimus praedecessorum nostrorum intentionem fuisse, cum pijs locis indulgentiam de NOVALIBVS concesserunt ut NOVALE intellexerint agrum de novo ad cultum redactum, de quo non extat memoria quod aliquando cultus fuisse: comprobat L. VIII. tit. XXXIII. part. VII. & illustrant A. Alciatus lib. II. prætermis. P. Gregorius I. part. sintagmat. lib. I. cap. II. num. II. B. Brisonius, & F. Hotmannus de verb. signific. verbo Novalis: Gutierr. consil. XXI. ex num. XII. videlicet literatis. D. Gonçalez Tellez in cap. Dudum XXXI. de privilegijs.

4 Sequitur in eadem L. Veluti VI. exemplum Pistrini domui dotali adiecti, quæ etiam vtilis est impensa, vt adseritur in L. Impensæ LXXIX. §. Vtiles I. ad finem, D. de verb. signif. Pistrinum fuit locus ubi fruges ante molarum usum torrebantur, & deinde in pilis pinsebantur, vnde à pinsendo dictum: Virgilius I. Georgicor. vers. CCLXVII.

Nunc torrete igni fruges, nunc frangite  
saxo.

Et lib. I. Aeneidos, vers. CLXXXII.

Frugesque receptas.

Et torrere parant flammis, & fran-  
gere saxo.

Notat ex Servio Grammatico G. Bud-  
eus in annotat. in Pandect. in L. Si servus  
XXVII. §. Si forniciarius IX. D. ad L.  
Aquil. Sed invento molarum vnu laxius  
acceptum pistrini nomen pro quolibet  
loco vb̄i frumenta molis contrebantur,  
contundebantur.

Molæ triplices sunt, aliæ trufati-  
les, aliæ alinariæ, aquariæ aliæ: trufatiles  
molæ sunt, quæ manibus circumactæ  
hominum ministerio frumenta terunt:  
Agellius lib. III. noët. Atticar. cap. III. lo-  
quitur de Plauti Comœdijs: Sed enīm Sa-  
turionem, & Aditum, & tertiam quandam,  
cuius nūnc mihi nomen non suppetit, in PIS-  
TRINO eum scripsisse Varro, & plerique  
alij memorie tradiderunt: cū pecunia om-  
ni, quam in operis artificum scenorum pe-  
pererat, in mercationibus perditrâ, in op-

Romam redijset: & ob querendum victimum ad circumagendas molas, quæ TRVSATILES appellantur operam PISTORI locasset. Quem locum cùm vidisset eruditis. I. C. Thomas Dempsterus, nescio quo patrino adserat in paralipom. ad cap. XIV. lib. I. I. Rosini malos servos pro poena asinorum loco ut servirent in pistrinum detrudi, molarum asinariarum: sive molis applicari. Id non probat Terentius in Andria actu. I. scen. II.

*Verberibus cæsum te Dave in PISTRIS  
NVM dedam vsq; ad necem,  
Eâ lege, atque omine, vt si te indè exe-  
merim, ego pro te molam.*

Nàm hæc de pistriño trufatilis mole accipio; cùm Simo plectere calliditatem Davi minaretur eum dedendo in pistrinum, sicut Plautus ob victimum quærendum se pistori tradidit ad circumagendas trufatiles molas: & custodiæ cauſa in pistrinum detrudi servos, vel paetâ mercede operas locando constat ex Vlpiano I.C. in L.I. §. Si quis servum IX. D. depositi.

Nec

6 Nec me movet, quod Palinurus  
apud Plautum in *Curculione Actu II.* dicat  
de Parasito retineri ferreo tormento (ca-  
tenâ) non potuisse, si argentum non af-  
ferret, quin se reciperet, id est, illicò re-  
verteret eum, sic rectius legit D. Lambi-  
nus, ad præsepim suam; nam Palinurus  
servus de Parasito libero homine ser-  
viente loquitur, facetè præsepim appellando  
locum domesticum eius destinatum:  
hisp. *Tinelo:* Hotatius lib. I. epist. XV.  
vers. XXVI.

*Mænius, ut rebus maternis, atq; paternis  
Fortiter absuntis urbanus cœpit haberi,  
Scurra vagus, non qui certum PRÆSE-  
PE teneret.*

An Mænius servus? dicemus nè as-  
nis æquiparatum? Nèc quod servi iumé-  
tis æquari soleant, id provenit ex mi-  
nisterio suscepto asinorum, sed ex sua  
infima conditione, l. *Ædiles XXXVIII.*  
§. I. & II. *D. de ædilit. edict. L. Illud XL.*  
*D. de petit. hered. L. II. §. Ut igitur II. D. ad*  
*leg. Aquil. Vlpianus in fragm. tit. XIX. Se-*  
*neca epist. XLVII: Alia interim crudelia, &*

*inhumana prætero quod nec tanquam hominibus quidem, sed tanquam iumentis, servis, abutimur,* D.Ioa.Suat. ad L.Aquil.lib.I.cap.II.num.XV. & lib.II. cap. III num.XXVI. *Quod altius repetit, nam primâ lege Naturæ omnes homines pares, liberi nascebantur,* L. *Manumissiones* IV. D. de iust. & iure: pecatum servitatem introduxit D. Thomæ quæst. XCVI. art. IV. *in corpore,* per quod *iumentis æquiparamur* Psalm. XLVIII. vers. vlt. vt eruditè prosequitur Magnus Præcept. meus in M.S. repetitâ prelect. ad L. *Inter stipulantem* LXXXIII. §. *Sacram V.* D. de verb. oblig. præludio II. num. XVIII. Hæ molæ trusatiles sunt, quas *manuarias* appellat Iavol. in L. *Dolia* XXVI. §. I. D. de instruclio, vel instrum. leg.

7 Pistrinum vbi assinarijs molis frumenta teruntur depinxit, Apulleius lib.IX. *metamorphos.* vbi iumentorum multivij circuitus intorquebant molas ambage varia, nec die tantum, verum perpeti etiam nocte priorsus instabili machinarum vertigine lucubrabant per vigilem farinam: hisp. dici-  
mus:

mus: *At ab bona, quò respicit Iuvenalis sat.*  
*VIII. vers. LXIV.*

— *dominos pretijs mutare inventur  
exiguis, tritoq; trahunt epiredia collo  
Segnipedes, dignique molam versare  
Nepotis.*

Et de pistrinibus iumentis Suetonius in *Calligula cap. XXXIX.*

8 Aquariæ molæ vtiliores sunt, cùm aquæ impetu per canalem perfluentis implicatas rotas impellendo perpetuâ in circuitū vertigine motæ frumenta terant, hisp: *Azeñas*, ò *Molinos*: de quibus Palladius Rutilius lib. I. retrist. cap. XLII. *Si aquæ copia est fusura balneorum debent PISTRINA suscipere*, vt ibi formatis *AQUARIIS MOLIS* sine animaliū, vt in asinarijs, vel hominū labore, vt in trusatilibus, frumenta frangantur, Vitrub. lib. X. cap. X. Caiiodor. III. variar. epist. XXXI. L. Dicerimus X. vers. Hoc etiā, C. de aqueductu. L. IV. C. Th. de Canone frument. vrb. Rom plura, & pulchra apud T. Dempsterum vbi *suprà*, qui adferit inventis posteriori sæculo molis asinarijs, trusatiles defecisse,

& posteā in asinariarum locum aquarias  
fuisse substitutas : sed cūm lubenter as-  
sentiam prædictę in inventione succes-  
sioni, defectum durum mihi videtur;  
cūm ad hæc usquè tempora in usu perse-  
verent pro diversitate regionum : ubi  
aquæ copia, aquariæ crebrò visuntur vt  
sunt testes Bœtis, Tagus, Annas, & alia  
minoris nominis flumina: in quibus Rho-  
dij primi Hispaniam adventantes circā  
annum ante Domini Nativitatē MLX  
molendina fecere , Salazar de Mendoza  
*in origine dignit. Sæcular. Castellæ, & Le-*  
*gionis cap. III. Vbi hæc deficiunt asinarijs*  
*vtuntur , vt in magna Extremæ-Bœticę*  
*parte: imò, & aëreis vulgo molinos de vien-*  
*to: vt Marchiæ : trusatileſquè frequentif-*  
*simæ sunt in villis Mellariensis Munici-*  
*pI ad tractum Cordubensem: & pro com-*  
*modiori exercitus Pacis-Iulię usu ex cha-*  
*lybe fabre fieri iussit Excellentiss.D.Mar-*  
*chio Carazeneris tempestate , qua illa*  
*arma moderabatur.*

9 Nec sinam cūm prædictis molis  
trapetum confundi cūm Dempstro re-

nuen-

nuente Varrone lib. IV. de ling. lat. num.  
XXXI. ibi: Trapetes mole oleariae vocan-  
tur: in trapeto Herclè alitè fruges mo-  
luntur. Lapidea mola erecta ad palum  
affligitur per centrum, circumferentia pi-  
lam premit, & vertigine fruges conte-  
rit, frangit: sed non in pulverem redigit,  
ut aliæ molæ: hęc olearijs molis conve-  
niunt, non cæteris: vndē Domitius in  
illud Martialis lib. VII. epigram. XXVII.

Nec Tartessiacis Pallas tua Fusce TRA-  
PETIS cedat.

Exponit oliva tua Fusce non cedat  
Bæticę oleo abundan:is trapetis, hoc est  
molis torcularibus, vbi oleæ franguntur.  
Et ad epigram. XXXVI. lib. XIII: Trapetum  
torcular olivarium à trepo, quod est verto.  
Statius Papinius lib. II. silva VII. genethl.  
Lucani vers. XXVIII.

Quæ Tritonide fertiles Athenas  
Vnctis Bæticae provocas TRAPETIS.

Disertè Vlpianus in L. Sed addes XIX.  
§. Illud nobis II. D. locati, Virgilius lib. II.  
Georgicor. vers. DXIX.

*Venit hiems, teritur Sicyonia bacca  
TRAPETIS.*

Quò alludens Simmachus lib. III. epist.  
XXIII. *TRAPETIS* teritur bacca Sicyo-  
nia, dixit, ut præcox olea in ysum olivi  
viridis mulceatur. & Sidonius carm.  
XXIII. vers. XLIV.

*Vnus qui venerere iure Divos  
Lenaeum, Cererem, Palest, MINER-  
VAM,*

*Spicis, palmite, pascuis, TRAPETIS.*

Cato de re rust. cap. CXLV. Varro de  
re rust. lib. I. cap. LV. Columella lib. XII  
cap. L. Et vtriusque molendi modi memi-  
nit Lucretius lib. I.

*Conveniebat enim fruges quoquè sèpè  
minutas*

*Robore cùm saxi franguntur, trapeto,  
mittere signum*

*Sanguinis, aut aliquid nostri, quo corpo-  
ra aluntur.*

*Cum lapidi lapidem terimus, pistino,  
manare cruentem.*

Elegantè exponit P. Cerdà in I  
Æneid. De prædictis trapetis nomine mo

larum olearium sunt text. in L. Cum fundus XXI. D. de instr. vel instrum. leg. Paulus III. sentent. tit. VI. §. LVII: Et hodie similibus molis atteruntur gypsum, & nautea.

10 Pistrini ergo adiectio utilis impensa est ob auctam prædij estimatiōnem compendiosam: nec contrarium ptobat L.I. §. fin. D. hoc tit. Vbi inter necessarias connumeratur; nām si in fundo, seū villa dotali pistrinum non sit, & adeo illo indigeat, vt conservati villa fructuosa nequeat, propter distantiam forsā moletrinarum, tunc adiectio pistrini necessaria impensa erit, ut *suprà sect. I. num. VIII. de seminario* diximus; quod benē percipitur ex Consulti verbis ibi: Sed, & si pistrinum vel horreum *NECESSARIO* factum sit, in necessarijs impensis habendum ait: ergo pistrinum potest necessatio, vel utiliter extrui iuxta villæ indigentiam. A. Alciatus in dict. L. *Impensæ LXXIX.* D. de verb. signific. licet aliter se expeditat.

11 Sed nos vocat vicinum huic *Heneastroßa, de Imp.* V exempl-

exemplum in præd. L.LXXIX. *Horreorum*. Horreum granarium est, sive locus ubi frumentum deponitur, ab horrore dictum, ut vult Pomponius Sabinus in I. *Georgicor*, *Virgilij*: à quo disentio, quatenus ait: *Is enim locus in eminentiore parte domus, sive villæ esse debet; nàm à bonæ notæ Authoribus didici horreum antiquius duplex fuisse, aliud defossum, Varro de re rust. lib. I. cap. LVII. Columella lib. I. cap. VI. Plinius lib. XVIII. cap. XXXVIII. sive subterraneum, vt loquitur Casiodorus lib. XII. variar. epist. XII. quorum allusione ait Virgilius lib. I. *Georgicor*. vers. CLXXXI.*

— *Sæpè exiguus mus  
sub terris possuitq; domus, atquè HOR-  
KEA fecit.*

Heec horrea hodiè dicimus hisp. Silos. Alia erant, quæ in editiore parte domus collocabantur, quorum meminit Sabinus: Varro *sublimia* ideo appellat: Vitruvius lib. VI. cap. IX. *sublimata*: & Columelli *sensilia*, & *tabulata*; quia tabulis construi solebant, ut ait Iavolenus in L.

*Gra-*

Granaria XVIII. *D. de action. empti*; unde grandi onere frugum rumpebantur ut Virgilius ait *lib. I. Georgic. vers. XLVII.*

*Illa seges demum votis respondet avari  
Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sen-  
sit:*

*Illius immensæ ruperunt HORREA  
messes.*

Sidonius *lib. I. epist. VI*: *In numeros quo-  
jue cumulos frugibus erupta congesitis  
HORREA dabunt*, & *Carm. XXII. vers.  
CLXIX.*

*Desuper in longum porrectis HORREA  
teclis*

*Crescunt, atque amplis angustant fruc-  
tibus ædes.*

Sunt, & horrea Vinaria, *L. Tabernam*  
*VII. D. de instructo, vel inst. leg: sunt*, &  
olearia, vbâ dolia defossa iacent, de qui-  
bus text. in *L. Dolia LXXVI. D. de con-  
trahempt. que dolia in cella defixa di-  
xit L. Lutius Titius XCIII. §. Collegio IV.*  
*D. de leg. III. ad eis Ph. Beroaldum in*  
*Apulei lib. III. metamorphos. pag. mihi  
CCCCI.*

12 Deinde adserit Consultus in d.  
L.VI. hoc tit. utilem impensam esse erudi-  
tionem servorum, ibi: *Si servos artes do-  
cuerit: de quo aliqua libavimus, & iacent  
suprà sect. I. num. XXII. sed opponi po-  
test text. in L. I. C. de infant. exposit:* Vbi  
infantis infacio, vel invito domino expo-  
siti conceditur vindicatio à bonæ, vel  
malæ fidei possessore, dummodò bone  
fidei possessori refundantur impensæ  
factæ in alimentis, & eruditione servi:  
sic argument: impensa facta in alimen-  
tis servi necessaria est, & pari passu am-  
bulat cum eruditione: ergo vel eruditio  
servorum est impensa necessaria, vel  
nulla est differentia inter impensas uti-  
les, & necessarias; quod roboratur ex text.  
*in L. Ex argento XIII. D. de condic. furt.*  
& *in L. Planè XXXVIII. D. de heredit.*  
*petit. Quibus respondet Carranza de par-*  
*tu cap. IV. sect. III. versic.* Ex dictis: quod  
cum impensarum utilium, & necessaria-  
rum eadem sit causa respectu malæ, vel  
bonæ fidei possessoris; quia stricto iuri  
rigore utriusque impense deductio ma-

lae fidei possessori denegatur, licet ex equitate concedi soleat, dict. L. Planè XXXVIII. cum seq. vtraque etiam bona fidei possessori conceditur, & eruditonis, casu quo petitor dives sit, & aliunde solvere valeat, ut supra diximus esse dict. L. I. accipiendam iuxta doctrinam Cuiat lib. IX. observat. cap. XXXVIII. I. Garcia de expensis cap. V. num. III: heinc fit ut aqua lance vtriusque expensæ causa penitetur: suffragatur G. Masius dict. lib. II. cap. XIV. num. XVII.

13 Heic de expositione parvulorum tractare institutum nostrum non patitur, adite eruditis. viros Th. Demptsterum lib. I. in Rosin. cap. I. Iac. Gothotredum in titulis C. Th. de expositis; & de his, qui sanguinolentos emptos, vel nutriendos acceperint: & Desider. Heraldum question. quotidianar. cap. VI.

14 Quod servi literas docebantur, ut carius venderentur, & dominis utiliores evaderent constat ex Horatio lib. II. epist. II. ibi:

*Si quis forte velit puerum tibi vendere  
natum*

*Tibure, vel Gabijs, & tecum sic agat  
hic &*

*Candidus, & talos à vertice pulcer ad  
imos,*

*Fiet, eritque tuus nummorum millibus  
octo,*

*Verna ministerijs, ad nutus aptus he-  
rileis,*

*LITERVLIS GRÆCIS IMBVIVS,  
IDONEVS ARTI CVLIBET.*

Vbi Illustris. & Cultis. Dom. Lævi-  
nus Torrentius notat, quod erudiri ver-  
nas antiqui curabant, ut tanto-pluris ven-  
derent, exemplo Daphnidis Grammatici  
apud Plinium lib. VII. cap. XXXIX. quo  
nullus vñquam servus pretiosior.

15 Gaius in *L. Vtiles* XXXIX. *D. de  
petit. heredit. & aliam impensam vtilem  
proponit, litis æstimationem : litis æsti-  
matio ibi nîl aliud est, quam pretium  
damni à servo illati, seu æstimatio dam-  
ni, ut ait Consultus in *L. Sed, & si V. §. I.  
& L. Ait lex XXI. D. ad leg. Aquilam:**

servum noxę dedere, aut litis cestimatio-  
nem prestatre opus erat marito iuxta  
text. in L. Si servus XXVII. §. Item si ser-  
vus II. & §. Proculus XI.D. ad leg. Aquil.  
L. Si servus LXI.D. de furt. Suarez ad L.  
Aquil.lib.I.cap.V. sect.VI: Et cum vtilius  
sit vxori damnum solvere, quam servum  
ammittere; ideo pro vtili impensa repu-  
tatur solutio eius in quo lis cestimata  
fuit hoc est damnum, L.Puta XXVI. D.  
ad leg. Aquil. L.I. §. Si post litem XVI.D. si  
quadrupes paup. fecis. dic. L.Heredes XXV.  
§. Contrà X. D. famil. ercisc.

16 Litis cestimationem in foro Atti-  
co TIMEMA appellabant, intervenie-  
batque in omnibus iudicijs tam publi-  
cis, quam privatis: sed non quolibet litis  
cestimatio TIMEMA est strictè sump-  
tum, sed ea, quam actor in libello pro-  
ponebat quando non erat poena à lege  
definita, ut in publicis iudicijs plerumq;  
eveniebat, non semper; nam in aliqui-  
bus delictis publicis definita erat saltēm  
alternativa, veluti morte, vel decuplo,  
ut in criminе DORODOKIAS, sive

acciendi dona contià rempub. vt ex Di  
narcho contrà Demosthenem docet cul-  
tis. Def. Heraldus lib. III. *animadversion.* in  
*Salmas/l observat.* ad ius Atticum, & Rom.  
cap. III. Proposita ab accusatore pœnâ qua  
vellet reum affici; reus ANTITIMEMA  
opponebat, qui solebat à iudice interro-  
gari quam litis æstimationem se merui-  
se crederet, & confiteretur, ut ait Cicero  
lib. I. *de oratore*, & posteà iudex iudica-  
bat an esset absolvendus, vel condem-  
nandus in quantum ab accusatore pete-  
batur, in quo licebat iudici pœnam mi-  
nuere. at accusatori minime licebat ac-  
cusationem deserere, quamvis valeret li-  
tis æstimationem variando minorem fa-  
cere mitigare, vt ex Demosthene probat  
Heraldus dict. lib. III. cap. I. num. X: Et hæc  
controversia circà litis æstimationem,  
sive pœnam infligendam proprie TIME-  
MA erat.

17 Sed laxius accepto vocabulo pro  
omni litis æstimatione TIMEMA acci-  
pitur, & sic etiam habet locum in priva-  
tis delictis, licet in his quia pœna erat à  
le-

lege taxata, nec de ea poterat certari, nec accusator in libello TIMEMA proponebat : à quo excipiebatur iudicium AIKIAΣ, hoc est quando quis iniuriam in corpore erat passus, pulsatus, verberatusvè: quo casu duplex actio ex delicto nascebatur, alia publica YBPEOΣ, competens cuilibet civi, etiam extrà iniuriam posito, qui pœnam æstimatam proponere valebat, quāmmaximam vellet etiam capit, sed si pecuniaria erat, nūl lucri accusator captabat præter vindictam, quā reipublicē lucro cedebat. Alia ex hoc delicto nascebatur actio, quæ AIKIAΣ dicta, competebat tantum patienti, qui litis æstimationem, pecuniariam solum, proponere valebat, illequè eam lucrabat ut docemur ex Demosthene in *Midiana*; & hoc iudicium licet ex legislatoris constitutione erat privatum, quā suaptēnaturā publicum erat, admittebat TIMEMA. Denique notamus quod in aliquibus iudicijs adhuc si pœnæ essent à legibus constitutæ, iudices poterant aliquid eis adjicere,

quod PROSTIMEMA dicebant, eveniebatque quolibet iudicū id postulante ijsdem legibus permittentibus; vt in actione furti, quę dupli erat ex lege, sed ex arbitrio iudicū poterat fūr vinciri dies quinq; noctes quinq; & in publico exponi, vt ex Demosthene cōtrā Timocratē animadvertisit Heraldus dicit. cap. III. num. IX. quę sufficient, dicta in gratiam institutorum à quibus iuris nostri origo fluxit, §. Et non in eleganter X. Instit. de iur. natur. gent.

18 Sed in vtilibus his impensis vtiliora nos iubent receptui canere, actiones, scilicet, pro ijs competentes, quamobrēm alia exempla consultō omittimus illustrare. Tabernę adiectionis meminit Paulus in diēt. L. VI: taberna est quodlibet ædificium ad habitandum vtile, L. Tabernae CLXXXIII. D. de verb. sign. vbi pulchra nota D. Gothofred. lit. M. L. instruētam CLXXXV. eod. L. Institor III. D. de institor. aēt. sed crebrīus pro domo hominibus, & rebus ad negotiacionem instructa accipitur, vel pro humili

ha-

habitaculo, Gutherius de iure manium lib.I.cap.XXI. B.Brilonius de verb.sign. verbo Taberna: D.Ramos in M.S. de institutor.act.cap.I.num.II.

19 His accedit *pastina* instituere: de qua in L. *Fructus* VII. in fin. D. *solut.* matrim. quod mihi est, selectum pratis solum lapideis, uel ligneis sepibus munire, ne a quadrupedibus calcetur, vel contra domini voluntatem pasceatur. Deinde agrorum stercoratio utilibus impensis adnumeratur in L. *Impensae* XIV. D. hoc tit: & arbusti pastinatio vltra quam necesse est in L. *Impensae* LXXIX. §. I. D. de verb. sign. Arbustum vinea est ubi arboribus vites maritantur, Virgil. *Georg.* II.

*Illa tibi laetis intexit vitibus vmos.*

De quo in L. *Si servus* XXVII. §. Item si VII. D. ad leg. Aquil: & cum fructuosior vinea reddatur reperita pastinatione, qua maximè vinea gaudet, cui nūquam exhausti satis est: utiliter impēsum est, quod in maius futurum compendium repastinando dispensabitur.





## SECTIO IV.

**Quid iuris observetur in  
utilibus impen-  
sis?**

## SUMMARIUM.

*Num. 1. Ob utiles imp. vxoris voluntate  
factas iure Digestor. dabatur deducio:  
iure Codicis datur actio mandati.*

*2 Sed si sine vxoris fiant voluntate pro  
exactione antea competenti actionem ne-  
gotiorum gest. maritus habet, cui ne ob-  
stet, exponitur, L. Veluptuariæ 7. §.  
Vnic.hoc tit.*

*3 Retentio verò ut pro necessarijs neuti-  
quām conceditur, licet in contrarium ex-*

*pen-*

*pendatur, L. Dote relegata 5. D. de dote  
præleg. quæ exponitur.*

4 *Nam valde differunt à necessarijs hæ  
utiles impensæ.*

5 *Nec in contrarium facit, L. Vn. C.  
etiam ob chyrograph. pecun.*

6 *Differunt etiam maritus, & bonæ fidei  
possessor cui retentio facti conceditur: de  
quo remissivè illustrantur, L. In fundo  
38. D. de rei vindic. & in L. Si necel-  
larias 8. D. de pignorat. act.*

7 *Sed retentio non datur pro impensis si  
de eis liquido non constat, sed data fide-  
iussione res detet restitui.*

8 *Bonæ fidei possessori contraria actio pig-  
noratitia datur in defecum retentionis ex  
æquitate: aliter tantum officio iudicis im-  
pensas recuperat.*

9 *Et differt etiam à marito cui ablata fuit  
retentio data actione, cum illi, & retentio  
duret, & si è non utatur, actio: illus-  
tratur L. Hereditas 50. §. 1. D. de hered.  
petit.*

10 *Obsequium supremæ voluntatis ad Pon-  
tifices pertinet, quorum munia, arrep-*

- to summo pontificatu, Cæsares sibi adrogarunt.
- 11 Ad id Lapidès via Emeritenſis propè Carcabossum.
- 12 Retentio pro vtilibus imp. quomodo iure veteri concesſa, novo prohibita.
- 13 Licet pro necessarijs duret, que de iure est; non facti ad deductionem, ut pro vtilibus.
- 14 Exponitur, text. in L. Vtilium 8. D. de impensis.
- 15 Qui non loquitur de retentione iure pignoris, sed de retentione ad deductio-  
nem per venditionem.
- 16 Nec deductioni opponuntur, text. in L. Fructus 7. §. Si vir. D. solut. matrim.  
& in L. Fin. D. de fundo dot. qui ex-  
penduntur.
- 17 Marmor cæsum, & non exportatum  
quo iure marito acquiratur?
- 18 L. Si ex lapidicinis 32. de iur. dot.  
de quo lapide loquatur.
- 19 Maritus non compensat impensas cum  
fructibus vt bonæ fideipossessor, & dispari-  
tatis ratio.

- 20 Bonae fidei possessori ex aequitate reten-  
tio datur, oppositâ doli mali exceptio-  
ne.
- 21 Conditio dotis non deterioratur actione  
mandati licet. Iustinianus deducti ouem  
aferret contrâ A. Fabrum.
- 22 Deductio prædoni datur in L. Planè  
38.D. de hered. petit. Sed non eius natu-  
ræ, quæ marito.
- 23 Cui non competit actio contraria rei  
vxorii, nec mandati ante Iustinia-  
num.
- 24 Si insciâ, vel nollente uxore utiliter im-  
pendatur, non deductio, sed exactio marito  
competit.
- 25 Diversitas inter exactiōnem, & de-  
ductionem, quæ plus uxorem gravat.
- 26 Exponitur text. in L. Si servos 25. D.  
de pignoratit. act.
- 27 De tacita ibi voluntate domini, ut cre-  
diter in eruditione servorum impende-  
ret.
- 28 De voluntate expressa, & impensis ne-  
cessarijs.
- 29 Discrimen inter maritum impenden-  
tem

tem renuente vxore, & procuratorem prohibente domino, cui denegatur actio.

30 Sed post Iustiniani constitutionem actio negotiorum gestor. marito datur pro recuperandis imp. sine voluntate vxoris factis.

31 Nec obstat, L. Si in area 33. D. de condictione. indeb. ubi differentia inter bonae fidei possessorem, & maritum adsignata.

32 Per contrarium nequit dari actio negotiorum gestor. si ad imp. detur voluntas vxoris.

33 Contrarium actionem rei vxorioe marito non competit se contra Masium adseveratur.



ECTO succedit ordine exponere quod ius observe tur in impensis utilibus & haec dotem non minuere sicut necessariae, docet nos textus

Hene stroffa, de Imp.

Y

in

*in L. Voluptuarie VII. §. Vnico, D. de impensis.* Verum diversimode marito consultur iuxta earum circumstantias; nam si mulieris voluntas intervenerit, ut habent impensa*re*, iure Digestorum deductio marito dabatur, *L. Utilem VIII. D. de impensis*, G. Masius lib. II. singularium, cap. XIII. & XIV. habetque actionem, *L. Fructus VII. in fin. D. solut. matrim. de quo inferius*. Iure vero Codicis sublata a Justiniano actione rei vxoriæ marito tribuitur actio mandati, quæ subrogata fuit in locum actionis, & deductionis.

2 Si vero absque mulieris voluntate, vel ea tenuente utiliter impensum esset, exactiōne maritus habebat, dicit. *L. Voluptuarie VII. in fine, D. de impensis.* Hodie vero tantum actionem negotiorum gestorum habet, *L. Unica, §. tacet V. versic.* Sed nec ob impensis: *C. de rei uxoriæ actione.* Sed rei dotalis retentionem neutiquam habet, de quibus singulis agemus. Verum obstat, quod in d. *L. Voluptuarie VII. §. Unic.* ait Consultus utiles impensis habere exactiōne: ergo licet

hant

fiant voluntate vxoris tantum, debet exactio dari, non deductio. Cui respondemus ibi habere exactiōnēm, generaliter esse accipiendum pro remedio recuperationis impensarum tam deductionis, quam specialis exactiōnis, quia etiam generaliter de impensis utilibus loquitur, sive voluntate mulieris factis, pro quibus competit deductio, sive ea renuntiē factis, pro quibus exactio competit.

3 In primis ergo retentionem dotis denegamus ob utiles impensas: Nec obstat difficilis text, in L. Dote relegata V. D. de dote prælegata, ubi videtur asscri, dari retentionem loco pignoris ob utiles impensas, ibi: *Aliud est enim minorem esse factam dotem, quod per necessarias impensas accidit; Aliud pignoris nomine retineri dotem ob ea, quæ mulerem in vicem prestare aequum est.* Sed respondemus ibi Martianum assertere, non esse hæredem audiendum, si vellit dotis differre solutionem ob alias impensas, quam que ipso iure dotem minuunt, hoc est, non differri ob utiles nam aliud est ipso iure dotem minui ob

necessarias impensas, ex qua deminutio-  
ne retentio provenit, & ideo permittitur:  
aliud dotem retinere loco pignoris ob-  
viles impensas, quod denegatum manet,  
quia in his non deminuitur dos, & ideo  
non habet locum retentio: maximè cùm  
retentio alicuius rei loco nomine, sive  
iure pignoris nequeat dari sive conven-  
tione expressa, vel saltè tacita, *L. Si non  
inducta V. C. in quib: causis pig: vel hypoth.  
tacite contr. vbi I. Cujacius, vetbo Pla-*  
*cuerat. Sed in dote nulla adfuit expressa  
uxoris conventio, nec tacita inducitur  
ab aliqua lege: ergo nequit dari ius pig-  
noris, quod inducat retentiouem.*

4 Nec plū probat retentio in ne-  
cessarijs impensis admissa; nām ista non  
competit iure pignoris, sed ex ipsa impen-  
sarum natura, quæ operatur deminutio-  
nem, & ob eam retentionem: aliud Her-  
cules est minorem esse factam dotem per  
necessarias impensas, ex qua deminutio-  
ne acquiritur marito ius proprium reti-  
nendi: aliud retineri dotem pignoris no-  
mine ob ea, quæ invicem præstari debere

ab uxore æquum est, cum æquitas insufficiens sit ad inducendam retentionem, ex quo non est audiendus hæres volens dōtis solutionem differre ob utiles impensas contrà publicam necessitatem statuētem mulieres salvas dotes habere, *L. I.D. solut. matrim. D. Olea de cession. iur. & act. tit. III. quæst. VII. num. II.* Nequè ex his verbis. *Aliud pignoris nomine retineri dotem: infertur, ergo retinetur dos pignoris nomine; immò expressè contrarium apparet, nàm si ob impensas necessarias retentio datur, quia dos minuitur, & est aliud in utilibus, constat non debere retinerti dotem, in quo diversitas conficit.* Hùc collimat doctrina G. Malij *diēt. lib. II. singularium opinionum, cap. XII.* licet minus forsān dissertè, nì plū vobis placeant, *I. Cujacius in d. L. Vnica, §. Taceat, C. de rei uxori. act. Scipio Gentilis de donationib. inter. lib. I. cap. XXXVII. P. Barbosa in rubric. solut. matrim. III. part. num. XXVII. & Valeron animadversionem, cap. X.*

5 Sed tradditæ rationi obstat, text. in *L. Vnic. C. etiam ob Chyrographarium pecuniam,*

niam, vbi creditor pignus retinet ob alia quantitatem, ob quam non erat debitor obligatus: ergo licet res dotalis non sit pignori obligata retineri poterit pro utilibus impensis. Sed hæc facile solvuntur; cum sat expressè Imperator affirmet, quod non sufficit creditorem in possessione pignoris persistere: sed requiri, quod illa res ei fuisset ante à pignoris loco obligata, quantumvis pro alio debito, quod sufficit, ut possit pignus retineri pro alia quantitate debita, pro qua non fuerat obligatum: at cum dotalis res nunquam fuisset pignori obligata retineri non vallet pro utilibus impensis, Masius *d. cap. XII. num. XIV.*

6 Deinde obstare videtur, *text. in L. Infundo XXXVIII. D. de rei vindicat. & in L. Si necessarias VIII. D. de pignor. act. de quibus A. Faber. lib. II. conieclurar. cap. I. P. Barbos. in L. Sumptus LXI. D. de legas. I. num. XLIV. in posthum. Fachineus lib. VII. controversialum, cap. LXV. & XCIII. Peregrin. de fideicommiss. art. I. n. LXXIV. I. Maestertius pag. mihi CCXX. In his, &*

alijs

alijs conceditur bonæ fidei possessori retentio ob impensas: ergo etiam marito debet dari rei dotalis retentio pignoris nomine pro impensis utilibus, sicut bonæ fidei possessori. Sed respondemus, quod illa retentio permissa bonæ fidei possessori prohibetur marito, cui non licet differre solutionem ob alias impensas, quam, quæ ipso iure dotem minuant, *d.L.V.* de *dote prælegata*, at cum non sit aliqua actio prodita, ut bonæ fidei possessori impensæ rependantur, ideo habet retentionem facti, ut opposita dolii exceptione impensas recuperet, quas aliter recuperare non poterat, *L. In insulam XLII. §.I. vers. Sump-tus: D. solut. matrim. ibi: Servari oportet: qui-bus verbis retentio facti insinuatur, cum actio deficiat, L. Sumpitus XLVIII. D. de rei vind. Scipio Gent. de donationib. inter lib. I. cap. XL.*

7 In quo notandum est quod si possessor iussus restituere opponat exceptionem pro impensis à se factis, distinguendum est, si impensæ liquidæ sint, quæ incontinenti, & summarie possint liquidi-

dari,

dari, & dignosci exceptio auditur, & nisi dominus solvat impensas, aut tollere permittat, si tales sunt, que tolli possunt, supercedetur in executione sententiæ, & retentio continuatur: si verò summarie nequeunt dignosci, sed altiorem requirunt indaginem, non supercedetur in executio-  
ne, sed res traddenda est datâ per domi-  
num fideiussione de refundendis reo im-  
pensis, quas probauerit factas, ut observa-  
mus ex doctrina Mauti Aretini de fideiussorib.  
III. part. cap. XIII. alias XXII. Lauda-  
ti à Præceptore meo in M.S. de fideiussorib.  
cap. II. §. Vnic. num. XIX. & Elbert Leonini,  
lib. IV. emendat. cap. I. num. XLVI. lau-  
dati ab Hilliger. lib. XX. cap. VII. lit. K.

8 Nec obstat: quod in dict. L. VIII. de  
pignoratitia actione, detur contraria actio;  
nam cum necessariæ fuissent ibi impensæ,  
nè pereunte re morte servi, vel deu-  
stione domus impensas amitteret cessan-  
te retentione, contraria actio conceditur,  
ut impensas consequatur. Nec plus facit  
text. in L. Planè XXXVIII. D. de hæredit.  
petit. ubi differentia constituitur inter

præ-

prædonem, & bonæ fidei possessorem, in eo quod prædo consequitur, vel recuperat impensas, si res extat: at bonæ fidei possessor adhuc si non extet. Tum sic: si res non extat retentio nequit dari, & attamen impensas recuperat: igitur præter retentionem aliud remedium habet bonæ fidei possessor: igitur retentio non conceditur in defectum actionis, ut dicebamus. Cui difficultati respondemus, quod in hac specie remedium, quod bonæ fidei possessori supereft, non est actio, sed officium iudicis, quo venit solvendum quidquid impensum est in ipso iudicio, quo iubetur rem domino restituere, de quo textu latius Io. Garcia *de expensis, cap. II. & V.* Carraca *de partu, cap. IV. sect. III.* G. Masius *dicit. lib. II. cap. XIV. num. XVII. & Nos inferius.*

9 Gravius prædicta doctrina infrungi videtur ex text. *in L. Hæreditas L. §. I. D. de heredit. petit.* Species est de bonæ fidei possessore, qui pro hærede hæreditatem possidebat, cum testator alium hæredem scripsisset: eâ conditione, vt intrâ

tres mentes ei monumentum fecisset. Bonæ fidei possessor animo implendæ conditionis monumentum fecit cùm se tanquam hæredem existimasset obligatum: deinde evicta fuit hæreditas à vero hærede petitione hæreditatis. Quæritur de impensis in ædificando monumento factis, & respondet Consultus Papinianus bonæ fidei possessorem impensis recuperatum, vel retinendo hæreditatem oppositâ exceptione doli mali: vel repetitum actione negotiorum gestorum; quia voluntas defuncti servari debet, iuxta quam bonæ fidei possessor impendit, sive pure, sive sub ea conditione esset hæres scriptus, dummodò testatoris voluntatem sumptus non excedant, vel modum arbitrio boni viri æstimandum pro facultate, & dignitate defuncti, ut docet Cujacius *l.b.VI. question. Papin. in hac L.* Tùm sic: èn datur actio negotiorum gestorum pro utilibus impensis, & attamen non denegatur retentio: igitùr nèc datur retentio in defectum actionis, nèc datâ actione cessat retentio. Sed responde-

mus

mus Iustinianum tantum denegasse maritis retentionem substituendo actionem in eius locum favori dotum, & mulierū intentum: at bone fidei possessorem non priuavit retentione pro necessarijs, & utilibus impensis, qua si non vtatur, actionem habet, vt in hac L. negotiorum gestorum, quā negotium hereditarium ges sit.

10 Nec obstat quod hæres solus institutus non teneretur ad monumentum faciendum, *L. Q. Mutius VII. D. de annis hg.* quā non est cui obligetur, si coheres non datur; nām principali, vel Pontificali auctoritate compelluntur ad obsequium supremæ voluntatis, quę notio ad Collegium Pontificum pertinebat inter alia, vt docet *I. Gutherius hb. II. de veter. iure Pontif. cap. VIII. L. Ultim. in fin. D. de mortuo infer.* Sed cùm tanta fuisse Pontificum auctoritas, vt Augustus illam sibi vindicaret teste *Sueton in August. cap. XXXI.* Cæteri Imperatores Augusti exemplo Pontificatum maximum arripuere eius honore contenti usq; ad

Adrianum, qui primus Pontificis Maximini officium peregit, ut testatur Ael. Spartianus in *Adriano*, & probat recte. in L. III. §. *Divus V. D. de sepulchro violato*, vbì idem Adrianus vetat in Civitate sepeliri quemquam, & hæc ad Pontifices pertinere nullius ambigit, L. *Adigere VI. in fin. de iure patronatus*, vbì Augustus in L. *Iulia de marit. ordin. iurare permittit liberto de non ducenda vxore*, quæ Pontificis magis quam Imperatoris sunt, L. *Vltim. D. ad municip. vbì Antoninus, & Verus Imperatores iurisiurandi gratiam faciunt, poenam remittunt, quasi expiassent, de quo I. Gutherius lib. II. de veteri iure Pontificio, cap. III. etuditissime, vt solet Dom. Gonçalez Tellez in cap. *Decernimus II. de iudicijs, num. X. Vnde tam in nostra, L. L. §. I. quam in L. *Offa VIII. D. de religios. & sumpt. fun.* æquè fit mentio decreti, constitutionis, sive iussus Pontificum, Principumque plura, & pulchra videsis apud Petrum Pithœum lib. II. *adversarior. cap. XVI. I. Cujac. in L. III. C. do bonis vacantibus, & in novella LI H. Spondanus in c.e-***

me.

meterijs Sacris lib.I. part.I. cap.IX. num.II.  
 Suarez ad L.Aquil. lib.II. cap.II. sect.X. ad  
 finem, Casaubonus ad Suetonium in Augusto  
 cap.XXI. & elegantius Egregius Vir iu-  
 ris publici Cōsultissimus, qui magistra ma-  
 nu Minervæ referat thesauros, Domin.  
 D.Petrus de Ulloa Golfin, CollegI no-  
 stri honos regius hodie Senator in dis-  
 sertatione de luminaribus, discursu V.

11 Idem probant Adriani lapides  
 viales in restaurata via Emeritensi, quos  
 sic legi iniurioso temporis dente roslos.

Lapis I. IMP.CAESAR  
 DIVI TRAIANI PAR-  
 THICI. F. DIVI NER-  
 VAE NEPOS : TRAIA-  
 NVS HADRIANVS  
 AVG. PONTIF. MAX.  
 TRIB.POT. (A) V. COS  
 VI RESTITVIT.  
 C. II.

IMP.

A Spārtianus  
 in Hadriano,  
 pag.mibi 2.Tri-  
 bunus plebis fac-  
 tus est Candido,  
 & Quadrato ite-  
 rūm Coss. in quo  
 magistratu ad  
 perpetuam tribu-  
 nitiam potestate  
 omen sibi factum  
 adserit, quod pe-  
 nulas emiserit,  
 quib. vti tribu-  
 ni plebis pluviae  
 tēpore solebant,  
 Imp. autem nun-  
 quam.

B Dio. in Traiano. *Aahæc Ni  
fibi, Batuisque  
captis P A R -  
THICVS cognos-  
minatus est.*

C Spartan. in  
Hadri pag. mi-  
hi II. *Pontificis  
Maximi officium  
pergit.*

D Spartanus  
in Hadriano.  
pag. mihi 4. *Ter-  
tio Consule cum  
ipse ter fu. et plas-  
rimos fecit.*

IMP. CAES. II.

DIVI TRAIANI PAR-  
THICI. (B) F. DIVI NER-  
VAE NEPOS TRAI-  
NVS HADRIANVS  
AVGVST PONTIF. MAX.

(c) TRIB. POT. V. COS  
III. RESTITVIT.  
C. III.

IMP. CAES. DIVI. III.

TRAIANI PARTHICI F.  
DIVI NERVAE NEPOS

*Traianus Adrianus Aug.  
Pont. Maximus trib.  
POT. V. COS III. (D)  
RESTITVIT.* IV  
LVIII.

*sic lacu-  
nam re-  
fercio.*

¶ Ex his primum, & secundum transportatos invenietis in Oppidum vulgo Carcaboso sequentesque Traiani, & Severi.

IMP. CAES.

M. F. COMMODI FR.  
SEVERVS PER T<sup>I</sup>  
NAX ARABICVS, PIVS  
FELIX AVG. PON  
TIFEX MAXIMVS  
TRIB. POTEST. P.P.  
COS. PROCOS. RESTA  
VRARE FECIT.

C. III.

*Sic lacunam re-  
fercimus.*

¶ Legimus Marci *Filius Commodi* frater ex Dion. in Severo, pag. mihi CCCCIX. ibi: Sed, & nobis timorem longè maximum fecit, cum se MARCI FILIVM, & COMMO-  
DI FRATREM diceret. Legimus etiam Pertinax ex Ælio Spartiano in Severo, pag. mihi LXVII. ibi: Funus deinde censorium Pertinacis imagini duxit, eumque inter Divos sacravit; addito flamiue, & sodalibus Helvia-  
nis,

nis, qui Marcianifuerant, se quoquè PER-  
TINACEM vocari iussit; & inferius: His  
auditis ad Senatum SEVERVS PERTI-  
NAX quasi confectis rebus litteras missit.  
Denique Supplemus Arabicus ex eodem  
Spartiano, ibi: Deinde circà Arabiam plura  
gessit, Parthis etiam in ditionem redactis,  
necnon etiam Adiabenis, qui quidem om-  
nes cum Pescennio senserant. Atquè ob hoc  
reversus triumpho delato appellatus est  
ARABICVS, Adiabenicus, Parthicus, sed  
triumphum respuit, nè videretur de civili  
triumphare victoria, recusavit & Parthicum  
nomen, nè Parthos lacefferet, & ad fi-  
nem: Sunt per plurimas Civitates opera  
eius insignia: in quibus, & huius viæ re-  
paratio forsàn annumcranda.

IXPERATOR CAES.

DIVI NERVAE FILIVS  
NERVA TRAIANVS  
AVGVSTVS GERMA  
NICVS PONTIFEX  
MAXIMVS TRIBVNI  
CIA POTESTATE CON  
SVL ITERVM RESTITVIT.

C III.

12 Adversùs ea, quæ diximus maritum non habuisse retentionem pro utilibus impensis, obstat adhuc, quod Iustiniianus Imp. substulit retentionem ob utiles impensas, & ex sua auctoritate marito dedit pro utilibus vxoris voluntate factis mandati actionem, deficienteque vxoris consensu sufficere negotiorū gestorum docet actionē in, *L. Vnic. §. Taceat V. verf.* Sed nec ob impensas, *C. de rei vxor. act.* ergo ex hac constitutione patet antea eam maritum habuisse retentionem pro utilibus impensis; quam falso hucusque dengavimus, *Vlpian. in frag. tit. VI, de dote, §.*

*Heneastrōsa, de Imp.*

A a

R e-

*Retentiones IX.* Sed hæc non obstant si distinguatis retentionem, quæ vel est ipsius rei dotalis, vel ipsarum impensarum; res ipsa dotalis pro utilib. impensis, nec potuit retineri iure veteri, nec nunc potest, dicit. L. Dote V. D. de dote præl. vnde de hac retentione non loquitur Iustinianus, ipsas verò impensas retinere per deductionem quæ venditionem causat, fuit permisum, ut probatur ex L. Utilium VIII. D. hoc nostro tit. & cum hæc deductione retentionem facti causet, hanc retentionem Iustinianus substulit, de ea quæ loquitur in prædicta constitutione, quæ effectum habebat in illis impensis, quæ mulieris voluntate fiebant, & in locum prædictæ deductionis concessit Imperator mandati actionem ex sua auctoritate, ut per eam maritus consequeretur impensas illas. Vnde manet rem dotalement non retineri reduplicative, quatenus dotalis est, sed quatenus definit esse dotalis, vel ipso iure per impensas necessarias, vel defacto ad deductionem, quando utiliter est impensum accedente vxoris voluntate: er-

gò

gò ex eo quòd fundus definit esse dota-  
lis producitur retentio, & ex eo quòd cō-  
cedatur deductio producitur venditio,  
quomodò non obstat Vlpiani fragmen-  
tum in *diſt. §. Retentiones* Masius *d.lib.II.*  
*cap. XV.*

13 Deniquè Iustinianus non substulit  
retentionem competentem ob necessa-  
rias impensas adhuc si aliæ superessent  
actiones ad eas consequendas, de quibus  
sup. *sect. II.* ergò nec debuit tollere reten-  
tionem ob impensas utiles ex eo, quod su-  
peresset actio mandati ad eas consequen-  
das: ita A. Faber. *de error. decade LXXXII.*  
*err. IV.* Cui respondemus has actiones  
mandati, & negotior. gestor. non fuisse  
à Iustiniano subrogatas in locum reten-  
tionis ab eo sublatæ, vt credidit Faber.  
Nam pro utilibus impensis nunquam re-  
tentio competit de iure, vt in necessarijs,  
sed de facto, vt diximus, ad deductionem,  
quam Iustinianus substulit, cùm satîs  
provideatur marito per actionem man-  
dati; qua mulier non cogitur rem vende-  
re, ante quam eius adipiscatur possessio-

uem, sicut eveniebat in deductione, si aliundè mulier solvere nequibat: at in necessarijs impensis, cum ipso iure ius minatur, & ideo desinat esse dotalis res, ex quo retentio provenit, nec aliquid de novo Iustinianus statuit, nec actionib. alijs indigetur ad recuperandas impensis.

14 Manet ergò retentionem nūquam fuisse concessam ad consequendas impensis vtiles, sed tantum deductio-  
nem earum, quam patiebatur mulier, si aliundè non solvebat; iuxta quæ expo-  
nendum venit difficile Pauli responsum  
*in L. Vtilium VIII. D. de impensis*, quod  
communiter accipitur eo sensu, vt deduc-  
tio fiat per retentionem iure pigno-  
ris contrà id, quod hucusque asserimus.  
Sed omilla doctrinâ Acursij, & H. Do-  
nelli lib. XIV. commentator. cap. IV. A.  
Fabri lib. I. coniecturarum, cap. III. & de erro-  
rib. dec. LXXXII. errore IV. notandum  
est, Paulum docere apud veteres contro-  
versum fuisse de expensarum vtilium de-  
ductione, quod patet ex verbis: *Quidam*

di-

dicunt: quorū probat sentētiā Paulus, ut de-  
ductio tantum habeat locum in his im-  
pensis, quæ voluntate vxoris factæ sunt.  
Verbum Ita id significat, quasi diceret  
tunc fieri deductionem, estque exclusi-  
vum alterius modi impendendi, sive cæ-  
terarum impensarum, in quibus dene-  
gat deductionē, quia iniquum esset com-  
pelli mulierem rem vendere, ut solvat  
impensas, ea renuente factas; quia tunc  
tantum pati debet deductionem pro rata  
expensarum vtilium, si aliundē solven-  
do non est, quando consensum præstitit,  
quod sibi imputare debet, cum ob eius cō-  
sensum locum habeat deductio: quæ fit  
ex constituto pretio, sive per venditio-  
nem, sive per aestimationem rei dotalis.  
Cum verò non adest uxoris voluntas ini-  
quum esset deductionem admittere, quia  
tunc nulla est causa, ex qua venditio pro-  
ficiatur, que incipere videtur ex mulie-  
ris voluntate, qua impensæ sunt factæ, ex  
quo Paulus adserit mulierem esse compel-  
lendam ad venditionem, ut maritus cō-  
sequatur impensas vtiles eius volunta-

te factas, si alias mulier solvendo non est, quia illa prestat causam venditionis.

15 Nec debet Pauli sententia accipi de deductione per retentionē pignoris iure, immo certocertius est loqui de deductio-  
ne in ea vi, & significatione, ut venditio-  
nem causet, quomodo accepta deductio  
incompatibilis est cum retentione iure  
pignoris; nam deductione retinetur id  
solum, quod deducitur pro rata impen-  
sarum, reliquo restituto, at retentione iure  
pignoris nihil restituitur, sed totum  
retinetur: deinde quod retinetur per de-  
ductionem pertinet ad maritum retinen-  
tem: ergo cum propriæ rei pignus esse  
non possit, non compatitur ius pignoris  
cum retentione per deductionem: at  
quod retinetur iure pignoris pertineret  
ad uxorem: ergo contrarium est ius pig-  
noris deductioni. Reynh. Bachov. in §.  
*Fuerat XXXVII. inst. de action. G. Mas.*  
*lib. II. cap. XIII. Fatemur tamèn retentio-*  
*nem facti habere maritum totius fundi*  
*pro illo tunc, quo deductio fit, sed hæc*

venit ex natura rei, non ex iuris dispositione; nām si hēc retentio iure pignoris à iure concederetur, nihil amplius facultatis haberet, quām retinendi fundum pro securitate impensarum, at deductio illi conceditur, quē venditionem causat, vt expressē Consultus fatetur *in dict. L. VIII.*: ergò non est retentio iure pignoris, sed retentio facti dum æstimatio rei dotalis, vel deductio celebratur.

16 Sed prædictis obstat, quod quamvis fundus fructuosior reddatur, maritus non consequitur impensas: ergò falsò damus marito deductionem; antecedens probatur ex textu *in L. Fructus VII. §. Si vir, D sol. matr. L. Final, D de fund. dot.* Cui difficultati respondemus omissâ sententiâ F. Hothmani *lib. I. amicabil. cap. XIII.* I. Cujacij *lib. XV. observat. cap. XXI.* A. Fabri *lib. I. coniectur. cap. VIII.* Molinet *de primogen. lib. I. cap. XXIII. num. IX.* Petri Barbos. *in dict. §. Si vir,* quod tunc consequitur maritus utiles impensas, quando id, in quod impense factæ sunt in fructibus augetur principaliter, & pèr se; non

verò

verò quandoꝝ secundarior, & pér consequentiam vtilior fundus redditur, quia hoc ex accidenti provenit: quandoꝝ ergo maritus lapidicinas appervit non intendebat fructuosiores fundum facere, sed tantum volebat lapides extrahere, & hæc principalis erat mariti intentio, licet ex accidenti, & pér consequentiam fructuositat fundus redderetur; & idèo impensæ non præstantur, cum ea, quæ per accidēs veniunt in iure non attendantur, L.I. L.  
Quod dicimus VII. D. de auth.tutor. & cum generaliter dictum sit in L. Fin. D. hoc nostro tit. quod quælibet impensæ querendorum fructuum causâ facte, quamquam etiam colendi causâ fiant, ideoque non solùm ad percipiendos fructus, sed etiam ad conservandam ipsam rem necessariæ sint, vir ex suo facere debet, nec ullam habebit eo nomine deductionem ex dote, quia scilicet ratione fructuum sunt, licet per consequentiam rem dotallem conservent: quam differentiam indicat Ulpian. in dict. §. Si vir dùm ait: idèo impensas non esse præstandas, quia mar-

mor non est in fructu, si non renascatur, quasi diceret, si matmor non renascitur non est in fructu: ergo non remanet fundus fructuosior eius excisione: ergo non est utilis impensa, ob quod non debet marito præstari. Quod si lapis renasceretur in fructu esset, cuius percipiendi causâ impensum creditur, & ideo nulla deducatio marito est, dicit L. Fin. D. de impensis, Gofredus in dict. §. Si vir, Mafius lib. V. sing. opinion. cap. VII. num. XLV.

17 Sed adhuc remanet scrupulus in eo quod asserit Consultus marmor cæsum, & non exportatum esse mariti, que est secunda huius textus quæstio, scilicet de dominio lapidis excisi, & nondum exportati; nam si marmor non est in fructu, & maritus tantum habet usum fructum rerum dotalium, quo iure marmor erit mariti? argum. L. Si ex lapidicinis XXXII D. de iur. dot. vbi ait Consultus, quod si marmor voluntate vxoris sit venditum pecunia efficitur dotalis: ergo quia marmor non acquiritur marito ex eo quod non sit in fructu A. Faber. lib. I. coniectu-

*rar. cap. VIII.* Deinde si arbores ex fundo dotali aliquâ tempestate deiectae sint, nō fiunt mariti, quâ in fructu non sunt, *textus est in d. Et. L. Fructus VII. §.* Si fundum XII. *D. solut. matr.* ergo similiter marmor non erit mariti, cum in fructu non sit. Quibus respondemus quod maritus efficitur dominus excisi marmoris in *dd. LL. Fructus VII. §.* Si vir, *D. solut. matr. & Fin.* *D. de fund. dotal.* quâ propter usumfructum omne commodum rerum dotalium habet maritus, & sic commodum lapidicinarum, *L. Item si fundi IX. §.* Sed si lapidicinas *II. D. de usufructu* maritus non lucratur marmor vice fructuum, quâ in fructu non est, sed in compensationem utilitatis, quâ affecit fundum, *Molina de primogenijs lib. I. cap. XXIII. num. LX. I. Garcia de expensis, cap. XXII. num. XLVIII.* permittitur enim cuicunque fructuario proprietatem meliorare, *L. Si cuius XIII. §. Inde V. D. de usufr. & pro melioratione spolium fundi percipit, Præc. meus in M. S. defruct. tract. I. num. VII.*

18 Nec obstat dictum. *Si ex lapidinis XXXII. D. de iur. dot.* qui non est accipiendus de lapide, qui renascitur, sive viuo; quia hic in fructu esset, & ad maritum pertineret: sed de mortuo, sive qui ex lapidicina scissus fuit, quae non crescebat, vnde, cum neque ratione fructus, neque tanquam spolium, quia non erat scissum, & in fundi summitate, ut in d. §.  
*Si vir ad maritum non pertinet pecunia ex eo vendito redacta, sed dotalis fit, L.*  
*Ita constante XXVI. cum sequentib. D. de iure dot.* eademque ratio estarborum tempestate deiectionum, quia cum arbores sint partes fundi, nec in fructu sint, sed ut fructus ferant, *L. Vir in fundo VIII. D. de fundo dot.* ad maritum non possunt pertinere ratione fructuum, nec ratione spolij, quia hoc conceditur pro melioratione fundi, quae non potest contingere ex eo quod arbores deiectiones vendat, quae levi opera possent discindi ne satiationi agri officerent. *M. Aur. Galvanus de usufructu cap. XXVIII.*

19 Utiles impensas non deducere

maritum, sed eas compensari cum fructibus videtur probare, *L. Sumptus XLVIII.*  
*D. de rei vind.* vbi bonæ fidei possessor has impensis cùm fructibus tenetur compensare: ergò in marito idem observari debet. Respondemus, quod bonæ fidei possessor attento iuris rigore non debuit suos facere fructus ex re aliena perceptos, sed debuit domino restituere, quod ei iuvetur quandò in rei restitutionem dam natura, in qua sententia fructus includuntur, *L. Videamus XXXVIII. §. in Faviana,*  
*D. de usuris, L. In condemuatione CLXXIII.*  
*D. de regul. iur.* at æquitatis causâ ob culturam, & curam suos facit fructus, §. Si quis à non domino XXXV. inst. de rer. diuis. quamobrèm hos fructus ex æquitate ei concessos tenetur cum meliorationibus compensare: at verò cùm maritus sit dotis dominus dicit. *L. Doce IX. C. de rei vind.* licet revocabile habeat dominium, non tenetur compensare fructus cum utilibus impealis, quæ meliorem rem dotalem rediderunt, quia iam fructus compensati creduntur cùm oneribus matrimonij,

que

quæ subiit L. Pro oneribus XX. C. de iur.  
dot. P. Barbola in L. Divortio VIII. D. solut.  
matrim.

20 At quandò bonę fidei possessor  
fecit vtiles impensas, cùm iudicaret rem  
esse suam nequivit habere animum alte-  
rum sibi obligandi, & idèo nullam ha-  
bet actionem, sed ex æquitate ius reten-  
tionis ei conceditur, L. In hoc iudicium  
XIV. vers. Diversum, D. communi divid.  
opposita dolii mali exceptione, L. Ideo  
VII. §. Ex diverso, D. de acquirendo rer.  
dom. §. Certè XXX. inst. de rer. divis. ex  
quo sequitur: quod si utilis impensa non  
possit retineri, eam amittat possessor, L.  
Sin auetm XXVII. §. Fin. D. de rei vind.  
quod sic est intelligendum, quandò im-  
pensæ non recipiunt separationē, & peti-  
tor pauper est, vt ad eas solvendas cogi-  
tur rem melioratam vendere, vt probatur  
ex d.L. XXVII. & duabus sequentib. de rei  
vindic. si ergò in hoc casu separationem  
recipient impensæ, eas potest afferre  
possessor, L. In fundo XXXVIII. D. de rei  
vind. L. Impensæ LXXIX. D. de verb. sign.

L.Si

L. Si servos XXV. D. de pign. aet.

21 A. Faber. de errorib. dict. decade LXXXII. erro. IV. connatur probare deteriorem esse dotis cōditionem ex actione mandati, quam Iustinianus tribuit sublatâ deductione pro consequendis utilibus impensis vxoris voluntate factis, sed hoc non benè perpensum à tanto viro fuisse facile appareat, ex eo quod licet marito antē Iustiniani constitutionem daretur deductio, & non dabatur illi retentio, ut *suprà* probavimus, attamen per deductionem privatur mulier commodo colligendarum pecuniarum sub ipsius rei dotalis pignore, vel hypotheca ad solvendas impensas, at per actionem mandati, quam Iustinianus tribuit in d. L.Vn. C. de rei vxor. aet. statim maritus tenetur rem restituere, nec mulier cogitur rem vendere, sed ei licet eam oppignerare si aliundè non potest, ut solvat marito agenti dicta actione mandati: ergo neutiquā deterior fit dotis conditio Iustiniani constitutione, maximè cum si tales essent impense, ut rem absument, non daretur pro eis

eis actio hec mandati, quia utiles non creduntur; immo nec negotiorum gestor. argum. L. Sed an vltro X. §. I. verfic. Sed vt Celsus, D. de neg. gest.

22. Sed obstat quod si minus concederetur marito in actione, quam concedebatur in deductione, facilius actio, quam deductio daretur, atqui predoni necessario, vel utiliter impendenti datur deductio ad consequendas impensas, cum ei non competit illa actio: ergo quia facilius datur deductio quam actio. Probatur minor ex text. in L. Planè XXXVIII. D. de hæredit. petit. ubi habetur ratio impensarum, ut eas consequatur predo, sive malæ fidei possessor: ergo per Justiniani constitutionem tribuentem marito actio nem plus datur marito, & deterior est facta conditio dotis. Sic Reyn. Bachov. in Fab. d. decade LXXXII. error. IV. Cui respondet eleganter G. Masius d. lib II. cap. XIV. magnam versari differentiam inter predonem, & maritum, huic ante Justinianum dabatur pro his impensis actio, & deductio, que causabat venditio-

nem,

nem, in quorum locum Iustinianus substituit actionem mandati: ergo minus ei competit in tantoquè est melior facta conditio dotis, in quanto minus iuris causa competit: at predoni nulla actio stricto iure competebat, sed ne petitor cum alterius iactura locupleraretur ex benignitate ei Paulus concessit, ut haberetur ratio impensarum necessariarum, & utilium, que deductio, si ita vocemus, nullatenus causat venditionem, nec retentionem adhuc facti, si quid mei iudicij est, sed tantum extractionem impensarum officio iudicis in quantum locupletior redditur dominus, quod mihi probant illa verba: *Et id ipsum officio iudicis continebitur*, nam nec exceptio dolii mali desideratur: sed retentio facti datur ad utendum dolii mali exceptione: ergo si non desideratur exceptio, nec retentione est opus. Ergo licet retentio facilius ei concedatur, quam actio, cum non sit eius effectus, cuius deductio marito competens, non recte infertur plus dari marito per actionem mandati, quam per deductio-

ductionem, qualis hæc facilius daretur ex eo quod detur prædoni; quia suppositum hoc negamus ex eo quod deductio prædonis, non est quæ mariti, maximè cū nec hæc qualis est deductio prædoni concedatur ait huc si utiliter impendit, si cessat utilitas deficiente re, in quam impensum est, quod non procedit in marito, vel bonę fidei possesso, *dict. L. Plane XXXVIII. argum. L. Et in totum IV. D. hoc tit.* Ratio est quia cùm prædoni concedatur deductio ob eam æquitatis ratione, nè petitor locupletetur cùm alterius iactura, & deficiere re, in quam prædo impendit, nullum commodum ex impensis petitor percipiat deficiente causâ, & deficit indulgentia proveniens ex tali prætextu, *Carrança de partu cap. IV. seet. III:* ergo concessa deductio minus est, quam actio denegata, sicut actio concessa marito minus est, quam deductio sublata *D. Gothofred. in dict. L. Plane XXXVIII. D. de hæred. petit. lit. P.*

23 Deinde notandum est ante Iustinianum marito non competit esse actio-

nem rei vxoriæ contrariam , vt repeteret impensas , vt voluit Masius ; quâ a ctio cum retentione non compatitur , vt diximus *sect. II. in §. num.XI.* sed sublatâ à Iustiniano prædictâ actione rei vxoriæ necessè fuit aliam marito dari , quod Imper. Iustinianus fecit ex sua au ct oritate , tribuendo marito actionem mandati pro vtilibus impensis voluntate mulieris factis , nec obstat , quod videtur sempèr competisse marito actionem mandati , ex eo quod docemur *in L. I. §. Item H. D. mandati actionem mandati competere , sive volo , sive mando dicatur : ergo si volente vxore impense fiunt , mandatum contrahitur , & a ctio mandati ipso , iure , competit , si n è eo quòd requireretur Iustiniani au ctitas eam inducentis ; n àm respondemus diversum esse extraneum mandare , & mulierem velle , n àm extraneus potest dare , vel au fferre administrationem , & id èo exprefsè intelligitur mandatum contrahi quando suam exprimit voluntatem , sive per verbum *Mando* , sive *volo* , vel *rogo* , & id èo ipso iure competit a ctio mandati ,*

at

at cùm marito concesserit Lex dotaliū rerum administrationem , inhibitā tantum alienatione fundi dotalis,nihil vxoris voluntas operatur ad mandatum contrahendum, & idèo nec actionem mandat i producere valet, adhuc si ea volente impensum fuit , qua proptèr necessaria fuit Iustiniani auctoritas ad eam inducendam,cùm à iure oriri non valuerisset.

24 Hæc ità procedunt quandò impensæ voluntate vxoris factæ fuere : at si insciâ, vel nolente vxore vtilitè impensum sit à marito , non deductio , sed ex actio marito competit. Nec nos movet contraria sententia H. Donelli lib. XIV. *commentar. cap. VIII.* afferentis exactiōnem non posse marito competere ob has impensas sínè vxoris voluntate factas, nè cogatur vxor rem vendere ad eas solvendas, si aliundè solvere nequit , quod ini- quum esse docuit Consultus in *d. L. Vti- lium VIII. D. hoc tit:* nám respondemus maritum omnes impensas posse consequi per exactiōnem , *L. Voluptuarie VII. in fin. D. de impensis* , vb̄ generalitè dici-

tur vtiles impensas dotem non minuere, habere tamen exactiōem: ergo ut generaliter est scriptum, generaliter est accipiendum, maximē cūm ratio efflagitat, quē non patitur denegari actionem ob debitoris inopiam, quemadmodū nec paupertas remoratur executionem, si adhuc bona supersunt, quāe in rem iudicatam capiantur, vndē tantum accommodatur vxori exceptio, ut non condamnetur ultrā id, quod facere potest argum.

§. Item si de dote XXXVII. Inst. de act. quāe exceptio non habet locum quando mariti hæredes agunt contrā mulierem, vel maritus contrā mulieris hæredes, quā illa tantum marito tributa fuit uxore agente: vndē nequit paritas extendere decisionem ultrā coniuges, & cūm mulier rem dotalem habet, in quam exceptio perficiatur: & idēo in totum debet fieri compensatio impensarum, & marito, vel eius hæredibus impensę solvi ex regulatext. in L. rei iudicatæ XV. §. Hæredi l. D. solut. matrim. vbī hæres mariti impensas recuperat, licet in solidum ad re-

sti-

stituendam dotem condemnetur.

25 Nec sententię H. Donelli suffragatur quod lex dicat *iniquum esse mulierem cogi*, &c. quia hoc dicitur respectu deductionis, non vero respectu exactioris; & in eo est diversitas, quod deductio fit in ipsa dotis repetitione, & post dotis solutionem fieri non potest, quia iam tunc consultum est marito remedio exactioris, sive actionis, quarè iniquum esset mulierem pati deductionem, per quam cogeretur rem vendere, antequam eius adipisceretur possessionem ob impensas sine eius voluntate factas: at hæc iniquitas non invenitur in danda exactione; quia cum hæc detur post restitucionem rei dotalis, tunc valet mulier sub pignore, vel hypotheca pecuniam querere, qua impensas solvat; & maior iniquitas esset si cum mariti iactura locupletaretur utiliter impendentis in melioranda re dotali, cuius administratio illi incumbit ex iuris dispositione, ex quibus provenit, ut facilius exactio detur, quam deductio, cum plus gravaminis inferat hæc vxori-

bus.

bus, quam illa, nequè aliquid detrimentum maritus patitur respectu exactioris, nám si mulier post illi restitutam rem dotalement impensas non solverit, adhuc ipsa res in causam iudicati capi potest, sicut in reliquis omnibus actionibus contingit, G. Masius *dict.lib.II.cap.XIII.num.VIII.*

26 Sed obstat his videtur exemplum creditoris, qui si necessarios sumptus fecit in re pignorata absque domini voluntate, eos non consequi docemur in text. in *L. Si servos XXV. D. de pignorat. aet:* ergo maritus nequibit consequi impensas utiles contrà mulieris voluntatem factas: adsumptum probatur: plus est iuris in necessarijs impensis, quam in utilibus; sed creditor necessarias non consequitur: ergo minus iuris maritus habebit ad consequendas utiles; cui respondeo n̄l contrà nos facere sententiam Vlpiani, cui proposita fuit quæstio de creditore impendenti in erudiendo servos pignoratos, & respondit sub distinctione tripli ci, vel impendit utiliter ex tacita voluntate domini, vel expressa, vel necessario

impedit, in quibus casibus contrariam pignoratitiam actionem concedit creditori pro recuperandis impensis, factis in eruditione servorum pigneratorum: exēplum impendentis vtilitè ex tacita voluntate domini proponit, sive iacet in illis verbis *Siquidem imbutos*, artificijs in struxit creditor, hoc est, si iam debitor Do minus servorum eos instruere, edocere vè cœperat, *imbuere* enīm initiare est, sive incipere, vel intimare, vt docet latini eloquij auctor Nonius Marcellus de *varia signif. serm. cap. IV. num. CCXLI.* ex Varrone, Cicerone *de officijs lib. I.* & Virgil. *lib. VII. Aeneid. vers. DXL.*

*Atque ea per campos aequo dūm Marte  
geruntur,*

*Promissi Dea facta potens, vbi sanguine  
bellum.*

*IMBUTI.* —

Vbi Eruditif. P. Zerda, vt Maronem, & Servium explicaret, docet verbum *Imbuere* primas rerum initiationes signifi-

care

care, ab eo testimonia pete , nè transcribamus, sed adde auctorem libelli de claris grammaticis: *Orbilius*, inquit, scribit cùm apud majoris familia alicuius venalis duceretur, non temerè litteratum in titulo, sed litteratorem inscribi solitum, quassī non perfectum litteris, sed IMBVIVM.

27 Ergò cùm Dominus iam cœpisset servos instruere, eius voluntas præsumitur , vt creditor prosequatur , usque dum his artificijs dexterè incumbere valeant , ex quo eorum aestimatio crescit ratione operarum, & alioquā amitteretur, quod à Domino impensum fuerat , cuius voluntate creditur facere quisquis id facit, quod Dominus consuevit facere , argum. *L. Si ut certò V. §. Custodiam , vers.* Sed an etiam , *D. commod. L. Vel uniuersorum XII.D. de pignorat. act A. Faber. in ration. ad text. in d. L. XXV.* & similis decisio extat in *L. Aut si ante XXX. D. de rei vind. vbī si reus denuntiaverit auctori , vt solveret impensam in erudiendo servo factam, & eo disimulante opponatur exceptio doli pro impensa recuperan-*

randa, ex tacita voluntate domini impensa debetur, nec eam amittit reus possessor.

28 Ex voluntate expressa impensum intelligit Consultus in illis verbis: *Vel voluntate debitoris: ut in L. Quod si servus III. §. Sed si mutua IV. D. de in rem vers. de quo M. Aurelius Galvanus de usufr. cap. XXXII. num. VIII. Tertio si necessario impendit etiam concedit pignoratitiam, dummodo impensa solvi polsit, sinè eo quod Dominus carere servo cogatur eum vendendo ad solvendum; quia tunc ratio deficit, cum hæc impensa non sit utilis, que gravat debitorem, ut supra dicebamus, & ipse Consultus exprimit: quomodo accipiendi sunt text. in d.L. Impensa LXXIX. §. I. D. de verb. signific. L. Ex duobus XXVII. D. de negotijs gest. de qua agemus fœt. vlt. L. Sin autem XXVII. §. Fin. cum duabus legib. sequentib. D. de rei vindicat. ob quam rationem deridet Celsus sententiam Proculi, ut refert Ulpianus in L. Sed an vltro X. §. I. vers. Sed ut Celsus, D. de negot. gest.*

29 Deinde obstat, quod si procurator prohibente domino in res suę curæ commissas aliquid impenderit, nequè directa, nequè vtilis actio negotiorum gestorum ei datur, *L. Si autem VIII. §. Final. D. de negotijs gest. L. Fin. Cod. eod. tit:* ergò nequè marito, quantumvis vtiliter impedita invita vxore non debet dari exactio, ut impensas consequatur. Quibus respondeo hos textus debere intelligi casu, quo dominus, qui poterat administrationem permittere, vel prohibere, prohibuit: in quo si aliquid procurator impenderit, nequit illud recuperare, quia actio denegatur, at cum mulier non possit prohibere maritum administrare res dotaes, quarum administrationem à lege habet, debet dari marito ab ipsa lege actio ad recuperandas impensas vtiliter factas, quamvis vxoris voluntas non interveniat, *G. Masius diet. lib. II. cap. XIV. num. VII.*

30 Hæc ita se habent iuxta ius antiquum, sive ante Iustiniani constitutio-

nem, post quam si maritus inscia, vel re-

nuente uxore vtiliter impenderit in res

do-

dotales, actio negotiorum gestorum ei competit pro recuperandis his impensis, d.L. Vnic. §. Taceat, vers. Sed nec ob impensas, C. de rei vxor. act. quod durum cōnatur reddere A. Faber. d. decad. LXXXII. errore IV. ex ea conſyderatione : quandò maritus impendebat, non interveniente vxoris voluntate, nulla ei dabatur actio, quia deductio tantum dabatur in interveniente vxoris voluntate, d.L. VIII. hoc tit. & si eā non vrebatur impensas amittebat, quia donare credebatur, & ideo non habebat repetitionem : ergo si antē Iustinianum non habebat maritus actionem ad consequendas has impensas, & Iustinianus eam tribuit detiorem reddidit dotum conditionem contrā propriam mentem, & earum privilegia. Sed omissa sententiā R. Bacovij in chiliadē hanc: respondeo actionem olīm marito competisse pro utilibus impensis, quæ dotem non minuant, ut probatur ex d. L. Voluptuariæ VII. infin. D. hoc tit. vb̄ ait Consultus competere exactionem, sive distinctione an sint factæ muliere volente, vel

repugnante, & non tam generaliter Consultus loqueretur, si esset aliqua differentia inter has impensas in competenda exactione, nec distinctionem omitteret; exactione enim actionem significat, per quam maritus intendit sibi reddi, quod impensum est, ut patet ex *L. Pro voluptuarijs IX. D. de impensis.*

31 Verum si quis iudicans se esse heredem in aliquo fundo impensas fecerit, non habet adversus verum heredem actionem negotiorum gestor. nec si rem traddiderit habet conditionem indebiti text. est in *L. Si in area XXXIII. D. de condic. in debiti: ergo* nec maritus debet habere actionem negot. gest. adversus mulierem ob impens. contraria eius voluntatem factis. Haec difficultati respondeo, quod ille, qui in rem alienam iudicans suam esse impendit, non habuit animum obligandi alterum, sine quo non oritur action negot. gest. licet res utiliter gesta sit, *L. In hoc iudicium XIV. §. I. vers. Diversum, D. de negot. gest. docet G. Masius d. lib. II. cap. XIV. num. XXIV. at cum maritus*

semper impendat animo obligandi uxorem, in cuius rem cognoscit impendere negot. gest. actionem acquirit, quemadmodum haeres si refecerit domum per fideicommissum relictam ante diem fideicommissi deustam, quia constat non sibi impendisse, sed animo alterum obligandi, habet deductionem ex fideicommisso, vel si ea non vtratur, & solverit conditionem incerti in *L. Qui exceptionem XL. §. I. D. de cond.ind.* quod si haeres putativus rem restituerit sine deductione impensar. non habet repetitionem, quia tantum illi succurritur per retentionem facti, ut impensas bona fidę factas recuperet oppositā dolii mali exceptione cum ædificiū possideat, *L. Paulus XIV. D. de dolii mali, & met. exc.* quod si hoc remedio non vtratur certi conditione repetere non potest, cum nihil in dominum fundi transiret preter possessionem, *dist. L. Si in area XXXIII. L. Ex quibus LI. D. de cond. indeb.* *P. Barbos. in L. Divortio VIII. §. Fin. solut. matrim. in II. part. num. XIII. cum sequentibus,* que de conditione certi sunt acci-

pien-

pienda, nām per incerti condicōnem, possessionem repetere valet, vt docuit Mag. Cuiat. ad tit. C. de cond. ind. Quādō verō retentio iuris est, non facti tātū, et īā si solvatur absquē impensarum deductio ne datur indebiti condicō certi, dīcl. L. Quod dicitur V. §. II. D. hoc tit. L. Servus quem XXX. D. de act. empt. & ratio est plana, quā cūm necessariæ impensē ipso iure dotem minuant, ipso iure habet maritus retentionem rei, quē dotalis esse desījt cūm hic sit deminutionis effectus, & cūm vtile fecit impensas licet contrā mulieris voluntatem, cum administrationē rerum dotalium à lege habeat, sufficit el- se vtilitē gestum, vt habeat actionem neg. gest. ad prædictas impensas conse- quendas, diximus *suprā*.

32 Per contrarium liquet, hanc ac-  
tionem negotior. gestor. non posse com-  
petere ob impensas vxore volente factas,  
quia hæc non competit inter eos, inter-  
quos mandatum intervenit, vel voluntas  
mandato similis, quia ex quasi contractu  
oritur, non ex contractu: datur ergo ma-

rito quando<sup>o</sup> vtiliter impendit prae*r*e*xoris voluntatem*, ex eo solūm quod ne*gotium gesit vxoris vtilitè*, & quamvis suum negotium gesisse quoquè videatur, ipso tamen gestu mulieris est negotium directe, & immediate, cum percipiat expensarum vtilitatem, & sic Imperator nō idem quod in mandati actione in hac dixit, sed illam sua au<sup>t</sup>oritate inducere, & actionem negot. gestor. sufficere, quasi eam ex iuris ratione inductam admitteret; ex quibus manet Imperatorem has actiones introduxisse, cum aliæ marito competenter, quarum remedij ei erat iure veteri sucursum.

33 Quo iure vxoribus competitbat actio rei vxoriæ pro recuperandis dotibus soluto matrimonio, quæ bonæ fidei erat, vt idem Iustinianus testatur in §. Fuerat autem XXIX. inst. de action. quam substituit in d.L.Vnic.C.de rei vxor.act. Sed ea stante contrariam actionem rei vxoriæ maritum habuisse non levi coniecturâ affirmit Masius, nām hoc iudicium arbitrium vocatur in L.I.D. de partis dotalib.


L. Titia LXXXIV. D. de solut. Cicer. lib.  
III. de officijs. Atquè iste dolus malus legibus  
erat vindicatus, ut tutela XII. tabulis: Cir-  
cumscrip<sup>t</sup>io adolescentium lege l<sup>a</sup>etoria: & sine  
lege, iudicijs, in quibus agitur ex fide bona:  
reliquorum autem iudiciorum b<sup>e</sup>c verba ma-  
xime excellunt IN ARBITRIO REI  
VXORIÆ melius, æquius infiducia, ut inter  
bonos benè agier. At arbitrium dicitur qua-  
si huius iudicij potestas omnis sit in ar-  
bitrio iudicantis, qui ex bona fide consti-  
tuat, sive decernat quid pensari, reputari,  
aut præstari opporteat, ita Cujacius ad tit.  
C. arbitrium tut: ergo cum bon<sup>e</sup> fidei iu-  
dicijs detur contraria, vel directa actio,  
videlicet iudicio tutelæ, mandati, deposi-  
ti, commodati, pignoratitiæ, negotior. ge-  
stor: directa vero, ut empti, venditi pro  
socio, locati, & conducti, pariter dicendū  
est contrariam rei vxoriæ dari, cum repu-  
tationem habeat, hanc refert deductio-  
nem, Vlpianus in L. X. §. Idem Labeo IX.  
D. mand. L. Fructus VII. §. Fin. D. solut.  
matrim. ibi: Aut in res NECESSARIAS,  
aut utiles cedunt, pariuntque marito AC-

TIONEM: igitur impensa necessaria, & utilis pariū actionem marito, *L. Voluptuariae VII. in fin. D. de impensis*, in quib. marito datur actio, nec additur nomen, quia contraria rei vxoriæ debuit intelligi, ex quibus adseverat marito iure veteri competisse contrariam actionem rei vxoriæ pro recuperandis utilibus impensis, & necessarijs, *G. Masius dict. lib. II. cap. XV. num. V.* Sed bona pace subtilissimi viri, nec vlli antea, nec nobis hæc arridet sententia, nam ut supra dicebamus cum Gofredo *scit. II. in §. num. XI.* hec actio in compatibilis est cum retentione, quam toto iure marito damus, tum quia inutilis est; nam satis estei subventu retentione fundi pro quantitate, vel maiori, vel saltim æquali ipsis impensis, quod utilius ei est, & compendiosius, quam aliqua efficacissima actione experiri sub litium incertitudine; tum quia si ministerio iuris per necessarias impensas deminuta dos est, taliter, ut actio vxoris de dote deminuta etiam remaneat, quid actione petere maritus potest ab uxore, quæ totam

suām dotem non repetit? nec ex eo quod  
arbitraria sit actio, provenit habere con-  
trariam inutilem, & ferè contrà ius, nām  
arbitrium satîs exercetur in pensando,  
& recompenso quid maritus impen-  
derit quid restituere teneatur: nec plū fa-  
ciunt verba Vlpiani in dict. vers.

*Planè quē ex ipso Masio expos-  
suimus dict. num.*

XI.





## SECTIO V.

De voluptuarijs impensis, &  
carum iure.

### SUMMARIUM.

Num. 1. *Harum impensarum descriptio.*

2 *Quarum, inter alia, exemplum pictu-  
rae.*

3 *Et incrustationes.*

4 *Sunt etiam loricationes, quarum impen-  
se videntur utiles, non sunt.*

5 *Ex quo lux Neratio in L. Usufructu  
7. §. Final, D. de usufructu.*

6 *Idem de pavimentis dicimus.*

7 *In balneis etiam voluptuosè impendi-  
tur.*

- 8 *Et in viridarijs, & ad ea pertinentia, quæ nec in legato comprehenduntur, ut topiarius regulariter.*
- 9 *Quibus adduntur aquæ salientes.*
- 10 *Et diatarum constructio.*
- 11 *Et denique gestationum, & ambulatum, & similium.*
- 12 *Pro quibus dignoscendis generalis præscribitur regula, ex qua exponitur, text. in L. Ex duobus 27. D. de negot. gest.*
- 13 *Pro his impensis exactio marito competit contrâ uxorem, nisi permittat maritum sine specie detrimento tollere, quod ei proficiat.*
- 14 *Sed actionem maritus non habet, et si uxoris voluntas interveniat, ad impendendum.*
- 15 *In quo maritus à procuratore differt.*
- 16 *At bonæ fidei possessor pro his expensis, nec petitionem, nec retentionem habet.*
- 17 *Nisi Dominus, esset impensurus: vel impendere iusset: vel res venalis sit, cuius pretium augeatur.*
- 18 *Quibus opponitur, text. in L. Utiles 39. §. 1. D. de hæredit. petit. & exponitur.*

79 *Malæ fidei posseſſori etiam conceditur ablatio, nèc obſtat, L. Domum s. C. de rei vindicat.*

20 *Votum.*



1 ANDEM pervenimus ad tertium impensa-  
rum genus, quæ vo-  
luptuariæ appellan-  
tur; hæ tantum ſpe-  
ciem exornant, nèc  
fructus augent, vndè quæſi voluptatis cau-  
ſa factæ, voluptuariæ, vel voluptuosæ dic-  
tæ: ſic Consultus in *L. Voluptuariæ VII. D.*  
*hoc tit. specialis ergo nota harum impen-*  
*farum ea eſt, quod ſi omittantur, non*  
*ideòdeterior dotalis fundüs reddatur, ne-*  
*què ex eo quod ſiant fructuosior manet,*  
*ut appetet ex exemplis, quibus Consulti*  
*vtuntur, quæ levi manu exornabimus.*

2 Primum ergo locum picturę te-  
neant, artificij miraculum, magnum artis  
naturę imitatrixis opus, adeò oculos fal-

lens;

lens, ut manus in iudicium adhibere quā plurīes opus sit, nām & si corporum soliditatem ex defectu materiæ non formet, sic umbrarum iuvamine penicillus effingit venustatem motus, atquè affectus animi tribuit, ut sola anima desideretur. Omne enim, quod in ædificijs pingatur, cum necessarium non sit ad conservationem eius, nec vtile ad fructus augendos voluptatis causa creditur factum, & his annumeratur impensis, *L. Impensa LXXIX. in fin. D. de verb. sign. Vlpian. in fragment. tit. VI. de dotibus, §. Voluptuosæ fin. vbī I.* Cuja- cius legit pro pictorijs: picturis pōl abs re, cū Vlpiano apertus sit sensus, eas esse voluptuosas imp. quib. nequè omisxis deterior dos fieret, nequè factis fructuosior effecta est, ut evenit in viridarijs, & rebus pictorijs (adiectivum est) & alijs similibus, quo eodem verbo vtitur Julianus in *L. Hæ operæ XXIII. D. de operis libertorum, ibī: Hæ operæ, quas libertus promisit multū distant à fabrilib. vel PICTORIIS operis:* & hūc pertinet text. in *L. Quidam XIII. §. I. D. de servitut. urban. præd. Vitruvius,*

lib.

*lib. VII. archit. cap. V.*

3 Iisdem annumerantur impensis incrustationes, *L. Impensæ LXXIX. in fin. D. de verb. sign. dict. L. XIII. §. I. D. de servitut. urban.* Incrustare est operire lapi- deis crustis parietes, vel pavimenta, quod ornatus causâ ex hyaspidibus, vel pictis lateribus vulgo *azulejos*, & hodiè fit. Nonius Marcellus (in quo triste veterum scriptorum naufragium videbat meus Lipsius *lib. I. antiquit. cap. II.*) *de proprietate sermonum, cap. II. num. CCCXL.* ibi: IN- CRVSTATVM ornatum crustis coopertum: *Varro pavimenta, & parietes cruxratos,* Varro *lib. V. de re rustica, cap. XIV. in fin.* Ex quo latinis *incrustare* pro quomodo libet operire superposita plana materia, ut in vasibus coloribus pictis, sic Horatius *lib. I. sat. III. vers. LV.*

*At nos virtutes ipsas invertimus, atque.*

*Sincerum cupimus vas incrustare.*

*Vitreæ vasa si frangantur, solent bitu-  
mine*

mine aliquo conglutinari fragmenta, & nè scisurę dignoscantur, superpingi; quod turpe esset in integro, splendido, illæso vase, id *syncerum* Ovid. XII. *Metamorph.*

— *Rursus sine vulnere corpus sincerum quæ fuit.*

Quam turpitudinem patratur, qui virtutis per se integratatem vitiorum coloribus incrustare, operire, obnubilare intēdit, probum appellando demissum, prudentem tardum, pinguem; hoc invertere virtutes est, & hic, si quid mei iudicij est, sensus Horatio, omisso Turnebo lib. XIX. *adversar. cap. IV.* & id voluit Torrentius, ibi: *Licet libenter fateamur solere vasa aliquo medicamine intus obliniri in Aegrorum usum, que etiam incrustatio erit, de quo Scribonius à Turnebo laudatus non Horatius.*

4 Loricationes etiam his impensis adiicit text. in dict. *L. Impensaæ LXXIX. §. II. de verb. sign.* Loricatio est in ædificijs structura, vel sepimentum fastigij, quæ paries deiectis tegulis ventorum vi à sti-

licidijs tuetur aquam reijciendo extra perpendiculum, nè lædat. Nos dicimus *Cornixa* de quo nè immoremur, *Vitruvius lib. II. archit.* *Q. Curtius lib. VIII.* *Varro lib. I. de re rust. cap. LVII.* loricare granaria pro incrustare dixit, sic eum accipimus. Sed obstat quod etiā in hoc sensu loricatio nō voluptuosa, sed saltē vtilis, si nō necessaria impensa debet esse; cùm fiat, vel in protectionem parietum, nè hibernis imbribus madefacti labantur, vel in *Varronis* acceptione nè triticum à muri bus comedatur. Sed respondemus loricationes viles esse, sed in vtilitatem ædificiorum sufficit quod testaceæ sint ex lateribus, ut in plurimum fiunt, vel ex in ver sis tegulis arenata calce fixis. Sed si maritus ædificium dotale loricet ex polito marmore, exasciativè lateribus iuxta architecturæ ordines, cū id ædificij eleganti am, non necessitatem, vel vtilitatem spectet voluptatis causâ creditur factum, de quo in p̄dicto text.

5 Ex qua observatione intelligimus *Neratium Consultum lib. IV.* membrana-

rum laudatum ab Vlpiano in *L. Usufruct.*  
VII. §. Fin. D. de *usufruct.* afferente fructuarium non posse prohiberi voluptatis causâ aliquid in domo *usufructns* facere, ut *pavimenta, & tectoria, & similia.* Heus Nerati: quis vñquam dixit *tectoria*, quibus parietes integuntur voluptatis causâ fieri? Utile ego, immò & necessario in his impendi dicerem; firmius ædificium constituunt, si extrinsecus aquas avertant: si intrinsecus maceriei vitant summam domus deformitatem, sed his occurrimus ex antecedenti observatione, non enīm Consultus de quali quali *tectorio* loquitur, vt ex calce, & arena frequentè conficitur, sed de eo, quod voluptatis causâ in maiorem pacietum venustatem fit ex pulvere marmoreo, electissimo gypso, &c. Quid nec utilitas, nec necessitas exigit ædificijs, quarè voluptatis causâ creditur factum, & quod in conficiendo bitumine isto impeditur, nec dominum, nec uxorem obligare valet, nec fructuario, aut marito detrahere permittitur, quod eis invile foret, ædi-

ficium deterius redderet iuxta L. Si cuius  
rei XIII. §. Fri. Stuarius IV. D. de vſu fr.

6 Idem adserimus de pavimentis,  
quę si ex lapidibus, & communibus late-  
ribus struantur, vtilia erunt, si nvero poli-  
tius ex pictis laterulis, vel scalptis, vt sunt  
Bæticę, hiaspide, vel alio pretioso marmo-  
re, vt erant Pœnica, & Afferota ( de quib.  
Cultis. P. Andreas Pinto Ramirez in can-  
tica lib. I. cap. II. vers. X. num. CCVII. qui  
fœlicitè præoccupavit ) voluptatis causa  
creditur impensum.

7 Sequuntur in exemplis harum im-  
pensarum balnea, seù, vt antiqui dice-  
bant Balinea, vel Valinea, vel Valineæ: ba-  
linea dixit Arcadius Charisius in L. Mu-  
nerum XVIII. §. Cura V. D. de muneric. &  
honorib. ibi: Inter personalia munera in qui-  
busdam civitatib. numerantur, & calefactio  
publici BALINEI. Valinea dicitur in L.  
Impensæ XIV. §. Fin. hoc tit. ex vſu scrip-  
turæ Florentinæ, in qua frequenter V.  
consonans pro B. & balneæ ſepè Plautus  
in asinaria aet. II. scen. II. vers. XC.

*Ille in BALINEAS ituru 9st.  
in Mostellaria actu II. scen. II.*

*TR. Scio equidem istuc: sed senex  
Gyneceum ædificare volt, hic in suis,  
Et BALINEAS, & ambulacrum, &  
porticum,*

*& in Rudent. actu II. scen. III. vers. LII.*

*TRAC. Scin' tu etiam? qui it lavatum  
In BALINEAS.*

Balnearia etiam proprie appellata loca vniuersum balneum constitutæ Cic. lib. III. epist. ad Q. Fratr. epist. I. Proculus in L. Quidam XIII. D. de servitutib. Urbanor. non unquam etiam pro ipso balneo accipitur, quæ noto nè vocum diversitas text. implicet, sed à balneis abstineamus, nè nostrum opusculum corruptum pát, si tractamus quæ exactissimè traddere alij maximè Andreas Baccius Epidanus, & antè, & post eum H. Mercurialis de arte gymnastica lib. I. cap. X. sed cùm ea ædificare non respiciat utilitatem domus, sed habitantium delicias, voluptuarijs annumerantur impensis.

8 Idem, & ob eandem rationem ad-

feri-

serimus de viridarijs, siue viridijs, L. Impensæ LXXIX. de verb. sign. L.XII. de servit. urban. L. In instrumento VIII. in fin. de instrum. leg. L. Doli XXVI. eodem, vbì Gothfred. lit. q. L. XV. §. I. de servitutib. Vlpijan. infragm. tit. VI. §. Fin. Vitruvius lib. VI. cap. VI. & lib. V. cap. IX. Plinius lib. XIX. nat. hist. cap. IV. quæ non moramur, nè viridaria Adonidis horti nobis sint, nam & si hæc pulchra sunt, ego amo fortia: sunt redimita floribus, sed ego poma plus diligo. Tantū notate nō solū viridaria voluptatis causâ credi facta, quapropter earū impensis vxorē non obligari, sed etiam quæ ad ea pertinent in legato non comprehendendi; Alphenus in L. Cum quæretur LX. §. Fin. de legat. III. ait prædijs legatis, & quæ eorum colendorum causâ essent parata, topiarium non deberi, quia topiarius ornandi causâ paratus est, hoc est, in voluptatem cedit, non in necessariam culturam, quod difficile videtur, nec animadvertisit I. Garc. de expensis, cap. XIII. num. XXXIX. Topiarius est qui Arbusculas, virgultaque, ductilia facili flexu

Enedius lib. I.  
epist. XII.

in varias formas, figurasquè; modo humi , modo per ruris spatia vario , & solerti ingenio effingeret, & concinnaret, sic Alexander ab Alex. dier.gen.lib.III. cap.XXV. sic in viridarijs ex buxo, vel mirtho , aut alio virgulto effici arearum mensulas quadratas videmus. Atquî legatâ villâ instructâ , si cultior sit instrumentis comprehendenditur Topiarius, L. In instrumento VIII. §. Quibusdam I. D. de instructo, vel instrum. legat. quâ ad culturam Villę Topiarius pertinet: ergò etiam in legato prædiorum debuit comprehendendi. Sed respondemus in legatis attendi quod principalius veniat si prædium vtile sit, in frugum , vel arborum fructibus id continebitur in legato prædij instructi , quod necessarium est ad eius culturam, ut hi fructus percipientur, & si voluptatis causâ hortulum habeat, quæ in hortuli culturam necessaria sunt, tanquam non necessaria in utilitatem fructuum , non comprehendetur in instrumentis; si verò legata sit Villa cultior, vulgo casa jardin, ò de recreacion, cùm omnis villa voluptuosa sit, topiarius necessa-

rius

rius est in eius culturam , ratione principalis usus,& ideo continetur, cum primò attendatur in legato voluptas , non alia utilitas.

9 Sed anteaquam hinc abeamus adicite impensam aquarum salientium, text. sunt in L. *Impensa LXXIX. in fin. de verbor. signific.* L. *Quæsum XII. §. Fistulae XXIV. de instr. vel instr. legato , L. Vasa XI. D. de supellect. legat. L. Cætera XLI. §.* Sed automataria XI. D. de leg. I. L. Lines XV. D. de act. empt. L. Fundi XVII. §. Item constat IX. eodem.

10 His annexuntur impensa in construendis diætis factæ , diæta est domuncula in hortis, siue viridarijs, vbi cœnari solet vulgo cenadores, de quibus in L. Si cuius XIII. §. Sed si ædium VII. & §. Sequenti de usu suæ L. *Ligni LV. §. Lignis III. D. de legatis III. L. Senatus XLIII. §. I. de legat. I. L. Sæia LXVI. §. I. D. de donat. int. Plinius epist. II. ad Castum.*

11 Denique eodem passu ambulant gestationes,& de ambulationes. Gestatio locus est in quo homines gestantur vo-

lup-

luptatis caufâ, vulgò calle para pafsearſe, de cuius exercitationis virtute ad ſanitatem H. Mercurialis lib. VI. artis Gymnaſtice, cap. IX. L. Si cuius XIII. §. IV. de vſufruct. L. XXVI. de instr. leg. Suetonius in Tiberio, cap. LX. Lamprid. in Elio Gabalo, cap. VI. Veget. cap. VI. & plura alia congerere valebitis, quæ Romanorum profuſa luxuries in voluptatem excogitavit, in quos eleganter invehitur noſtre Corduvæ ornamentum Seneca epift. LXXXVI: magnis, & pretiosis orbibus parietes ornare; Alexandrina marmora Numidicis crustis diſtinguere: illis vndiquè operſam, & in picturę modum variatam circumſcriptionem prætexere: Cameram vitro abſcondere: Thasio lapide piscinas circumdare: argentea epiftomia vassis indeſer: ſtatuas, & columnas nihil ſubſtinentes in ornamentum ponere.

12 Sed cùm exempla innumera ſint, regulam præſcribimus generalem, vt impensæ voluptuosę à cæteris diſcernantur; ſilicet, vt attendatur earum effectus, an vtiliorē fundum reddant, an voluptuo-

fiorem:

tiorem: tantum inspecta qualitate, & vflu fundi. Ex quo provenit, quod voluptuariæ in alio sint, quæ in alio essent utiles, ut patet ex doctrina text. sic intelligendi in L. *Duobus XXVII. D. de negot. gest. vbī* frater in saltum communem cum fratre minore impensas fecir, ampla ædificia construendo, & ei denegatur actio negotiorum gestorum, ut sumptus repetat; quia cum saltus fructus non augerentur ex illis impensis, nec utilior redderetur, pro voluptuarijs habentur, non pro utilibus, tanquam fructus non augentes ædificij constructione. Sed ab hac regula excipitur si saltum illum haberet venalem frater minor; nam eo casu maius expectare posset pretium pro ædificijs. Sic Cujac. lib. II. *responſ. Modestini in dict. L. XXVII.* Si vero utilior saltus aliquo pacto redde retur, utiles essent impense, concedeturque actio negotiorum gestorum. Sic si militè ex ipsa ratione provenit, ut si impense, quæ voluptuosæ reputantur, in res promerciales factæ sint, non tales, sed utiles reputentur, L. *Quod si hæ X. D. hoc tit.*

13 Ius ergò in prædictis impensis cōstitutum tale est, quòd pro eis exactiō nem patiatur vxor, nīl parata sit pati maritum tollentem; nām si velit vxor habere ea, quę impendit maritus, refundere debet: sed si separationem recipient absquè p̄ncipalis speciei detimento, potest ea maritus tollere, *L.Vn. §. Taceat V. vers.* Quod si voluptuarię, *C.de rei vxor. act. vt de Procuratore adseritur in L.Idemq; X. §. Idem ait X.D.mand.* sed h̄c datur exactio: ergò & marito contrà Synops. Basil. lib. XXIX. tit. I. ex lib. XXVIII. Basil. tit. I. cap. IX: ergò si voluntate vxoris fiant dabitur exactio, vt in vtilib. *L.VIII. hoc tit. L. LXXIX. §. I. de verb. sign.* Responde mus (omisso Menoch. *de recuperanda remed.* XV. num. DXXXV. cui repugnat exemplum vtilium cùm Barbos. in *L.Divoratio VIII. §. Fin.num.IX.*) non dati, nē voluntas vxoris deteriorem faciat conditionem dotis, quod facere nequit exPrincip. *Inst. quib. alien. licet, vb̄i voluntas vxoris in pignorando nihil prodest.* Sed ablatio impensarum marito permitti accipien-

cipiendum est , si ei profutura sint , quæ afferre intendit si; verò ablata nō marito sint profutura , relinquere debet , nè maritorum malicijs indulgeatur , argum. *L. In fundo XXXVIII. vers. Constituimus, D. de rei vind. vbī idem decernitur in bona fidei possessore respectu domini, Scip. Gentil. de donat. int. lib. I. cap. XXXIX. Prēc. meus de eod. tract. cap. VII. num fin. vnde si mulier offerat illud , quod est habiturus maritus , his rebus ablatis , non est ei permittenda ablatio, L. Pro voluptarijs IX. D. de impens. in res dot. d. L. XXXVIII. vers. Constituimus.*

14 Actionem verò nullam habet maritus adversus vxorem pro his impen- sis et iam si vxoris voluntas interveniat , ut voluptuarie impendatur , *L. In voluptarijs XI. D. hoc tit. argum text. in L. Si verò XII. §. Si adolescens XI. D. mandati , de quo videlicet doctissim. nostrum D. Didacum Bezerra , quem mihi litterata virtus , antiqui mores arcte conciliarunt , disput. III. cap. II. num. X.*

15 Nec obstat quod si procurator

impenderit voluptuarie iussu domini habet repetitionem, *L. Quod si servus* III. §. *Sed si mutua* IV. *D. de in rem vers,* nām in marito est speciale, vt ei non detur actio adhuc impendenti voluntate vxoris, ex qua dotis conditio posset deterior redi, argum. *L. De die XIV. D. de pact. dotal:* at deterior fieret dotis conditio, si daretur marito actio ad has impensis consequēdas; cūm cæ non augeant, nec meliotem dotem reddant: ergo licet detur actio procuratori, marito dari non debet: cūm mulier non valeat deteriorem facere suā conditionem, Petrus Barb. in *L. VIII. §. Fin. D. solut. matr. num. XC. Iac. Menoch. de recuperanda rem.* XV. num. DXXXV. cūm non tantum eius interfit, verum etiam Reipublicæ d. *L. I. D. solut. matrim. Quod accipite quādō iussus adest dominorum*, nām eo deficiente nulli conceditur actio pro his impensis, vt constat ex prædicta *L. Ex duobus XXVII. D. de negot. gest.*

16 *Quæ de marito habete, sed bonæ fidei possessor pro voluptuarijs impensis,*

nec

nec retentionem, nec petitionem habet,  
d.L. Ex duobus XXVII. D.de neg. gest. L.  
In fundo XXXVIII. D.de rei vind. L. Quod  
si servus III. §. Sed si mutua IV. D.de in rem  
versf. ( de quo M.Aurel. Gâlbanus de vſu-  
fruct.cap.XXXII.num.VIII.) L.Idemque X.  
§. Idem ait X. D.mandati , L. Sinè hærede  
XXXII. §. Item V. D. de administr. tut. L.  
Heres LI. D.de petit. hæred. quæ non me-  
minit voluptuariarum , G. Masius lib.II.  
singul.opinion.cap.VIII.num.XIII.

17 Sed ab hac regula excipimus ali-  
quos casus. Primò si easdem impensas do-  
minus esset facturus , dict. L. In fundo  
XXXVIII.D.de rei vin. Secundò si volūtate  
Domini expressa fecit, d.L.Idemq;X. §. Idē  
ait X. D.mandat. Tertio si dominus tem,  
in quam bonæ fidei possessor impendit,  
venalem habebat , L. Nisi si venalem  
XXIX.d. L. In fundo XXXVIII. in fin. D.  
de rei vind.L. Quod si heres X. D.de impens.  
nàm si Dominus non patiatur tolli,nè cù  
alterius iactura ex maiori pretio contrà  
naturæ regulam locupletetur exactio cō-  
cedetur,argum. L.Pro voluptuarijs IX. D.

*de impensis:* nec in hoc casu ipsæ voluptuariæ impensis pro talibus habentur, sed pro vtilibus, respectu vtilitatis in maiori pretio à Domino percipiendæ, d. L. *Quod si hæres X.* Sed in ceteris casibus, nec exceptionem habet, ut in vtilibus.

18 Nec obstat text. in *L.Vtiles XXXIX. §. I. D.de hæred. petit:* ubi doli exceptionem concedit Consultus bonæ fidei possessori, pro voluptuarijs impensis, differentia constitutâ à malæ fidei possessore cui tantum ablatio permititur: quia respondemus, omissa H. Donello lib. XX. comment. cap. VII. qui ariolatur hoc procedere quando voluptuariæ vtilium induunt naturam: ibi non decerni propositam doli exceptionem bonæ fidei possessori competere, sed malæ fidei possessori denegari: vnde in dubio iuxta iuris principia idem debet in utroque observari: sic Dom. Sanctos de S. Pedro in *prælaudata M.S. interpretatione.*

19 Adeò viget naturale principium, ne quis cum alterius iactura locupleteatur, ut etiam male fidei possessori abla-

tio concedatur; quia non creditur velle donari, quae possunt tolli sine detrimen-  
to rei, dicit. *L. Utiles XXXIX. §. Videam-*  
*us, D. de heredit. petit.* Cui opponitur *L.*  
*Domum V.C. de rei vindicat.* vbi ratio non  
habetur aliarum impensarum, quam ne-  
cessariarum, & utilem ad ablationem: ergo  
in voluptuarijs nullatenus debet ablato  
malæ fidei possessori permitti, quod faci-  
lè solvitur; quia in eo textu nulla quæstio  
erat de impensis voluptuarijs, & ideo de  
eis nō decernitur, nec ablationem conce-  
dendo, nec eam denegando, ut observa-  
bit prælausdatus Dom. Sanctos de S.Pe-  
dro, vbi supra.

20 Et hęc pro adsumpto munere  
impensa sufficiant, dum vobis Auditores  
clariss. alia paramus: cedant ergo in lau-  
dem Omnipotētis Dei Patris, Filii, Spi-  
ritusq; almi; Deiparęq; Sanctiss. sine  
originali labe conceptę, & in venerabili-  
ss. imagine DEL VALLE cultę: Pre-  
cursoris Sanctiss. Divi Pauli Apostoli  
AstigI nostri Patroni; FulgentI An-  
tistitis: & D. Theresię Tutricis dilec-

tiſs.

tiss. Et ex immō Corde omnia lubij-  
cimus S. Rom. Ecclesiæ censurę , eru-  
ditorumquè limæ , quorum pala-  
tū supra vulgi saporem refi-  
cere studuimus.

(§)



# INDEX RERVM notabilium dissertationis de Impensis in res dotales.

## A

**A**rborum cultura  
non minuit do-  
tem, *sect. 1. num. 5.*

Arborum substitutio est  
impensa necessaria, *sect.*  
*1. num. 5.*

Arbores substituere debet  
vſufructuarius, non ma-  
ritus, *sect. 1. num. 6.*

Alluvionis adquisitio pro-  
venit ex ratione natura-  
li, & in pœnam omis-  
sionis in ripis munien-  
dis, *sect. 1. num. 9.*

Æstimatio dotis causat vē-  
ditionem, *sect. 1. n. 24.*

Æstimatio dotis fieri solet  
favore mariti, *sect. 1.*  
*num. 26.*

Æstimatio cum pacto elec-  
tionis venditio est: ex-  
ponitur sententia Do-  
mini Couarrubias, *sect.*  
*1. num. 27.*

Alimenta servorum cùm  
fructibus compēsantur,  
*sect. 1. num. 35.*

Actio datur marito pro re-  
cuperādis impensis ne-  
cessarijs, si retentione  
non vtendo integrum  
dotem restituit, *sect. 2.*  
*num. 15.*

Actio nulla competit ma-  
rito pro repetendis im-  
Hh pen-

impensis soluta integra  
dote, *sect. 2. in §. num. 2.*

Ager restibilis, qui omni-  
bus annis referitur, *sect.*  
*3. num. 3.*

Aiskias iudicium quod apud  
Athenienses? *sect. 3.*  
*num. 17.*

Augustus sibi vindicavit  
Pontificiam auctorita-  
tem, & eius exemplo ce-  
teri Imperatores, *sect. 4.*  
*num. 10.*

Adriani Imperatoris decre-  
tum ne mortui in civi-  
tate sepelirentur, *sect. 4.*  
*num. 10.*

Augusti decretum in L.Iu-  
lia de maritandis ordi-  
nibus Pontificis magis  
esse, quam Imperatoris,  
*sect. 4. num. 10.*

Adrianus Imperatorū pri-  
mus Pontificis Maximi  
officium peregit, *sect. 4.*  
*num. 10.*

Actio mandati non suc-  
cessit retentioni ob vti-  
les impensis, quia nec  
ista dabatur, *sect. 4.*  
*num. 13.*

Actio mandati favorabi-  
lior est vxori deductio-  
ne, quia non cogitur  
rem vendere ante adep-  
tam possessionem, *sect.*  
*4. num. 13.*

Actio mandati pro vtili-  
bus recuperandis im-  
pensis ex Iustiniani auc-  
toritate competit, non  
ipso iure antiquo, *sect. 4.*  
*num. 23.*

Actio negotiorum gesto-  
rum competit marito  
vtiliter impendenti re-  
nuente vxore post Ju-  
stiniani constitutionē,  
*sect. 4. num. 30.*

Actio negotiorum gesto-  
rum requirit animum  
alterum obligandi, *sect.*  
*4. n. 31.*

Actio

Aetio negotiorum gestorum competit ob impensas volente vxore factas, *sect. 4. num. 32.*

Aetio rei vxoriz contraria non competit marito ad recuperandas impensas, *sect. 4. num. 33.*

Aquæ salientes ob voluptatem prædijs adjiciuntur, *sect. 5. num. 9.*

Aetio non datur pro voluptuarijs impensis, *sect. 7. num. 14.*

## B

**B**ona vxoris emptæ mariti siebant iure Quiritium, *sect. 1. num. 21.*

Bonorum vxoris per usum dominium Quiritarium erat penes eam, & bonitatum in maritum transibat, *sect. 1. num. 22.*

Bonæ fidei possessor amittit impensas in docendis servis, nisi venales sint, *sect. 1. num. 32.*

Bonæ fidei possessor recuperat impensas in docendo servo, si Dominus dives sit, *sect. 1. num. 32.*

Bonæ fidei possessor ob vtiles impensi. habet retentionem facti, secus maritus, *sect. 4. num. 6.*

Bonæ fidei possessor adhuc si res non extet, recuperat impensas officio Iudicis, *sect. 4. num. 8.*

Bonæ fidei possessor pro necessarijs, & utilibus impensis non fuit privatus retentione à Iustiniano, *sect. 4. num. 9.*

Bonæ fidei possessor, & maritus differunt in ratione adquirendi fructus, *sect. 4. num. 19.*

Hh 2 Bo-

Bonæ fidei possessor ex  
æquitate habet retentionem ob vtiles impensas, actionem nequit habere, *sect. 4. num. 20.*

Bonæ fidei possessor potest auferre impensas, quæ separationem recipiunt, *sect. 4. num. 20.*

Balnea voluptuosè ædificantur, *sect. 5. num. 7.*

Balnearia pro Balneo, & pro toto ædificio Balnei accepta, *sect. 5. num. 7.*

Bonæ fidei possessor pro voluptuarijs impensis, nec retentionem, nec petitionem habet, *sect. 5. num. 16.*

Bonæ fidei possessor habet exactiōnem aliquibus casib⁹, *sect. 5. num. 7.*

## C

**C**onductio vſufructus finitur morte vſufructuarij locatoris, *sect. 1. num. 37.*

Casus contingens ex natura rei in conventionem deductę debet consyderari, *sect. 1. num. 39.*

Conductor prædij dotalis obnoxium habet maritum locatorem pro impensis, & quidquid eius intersit rescisio locationis per vxorem soluto matrimonij. *sect. 1. num. 41.*

Conditiō indebiti competit marito pro recuperandis impensis integrè soluta dote, quam illi Consulti denegabant, & quarè? *sect. 2. in §. n. 2.* Con-

Condictio certi marito  
competit pro recuperá-  
dis impensis, *sect. 2.*  
*num. 14.*

Creditor impendens utili-  
tèr in re pignorata ex  
tacita voluntate domi-  
ni habet pignoratitiam  
contrariam actionem,  
*sect. 4. num. 26.*

## D

**D**onatio inter con-  
iuges de impensis  
non valet, *sect. 1.*  
*num. 14. & seqq.*

Donatio de impensis valet  
inter coniuges si ex mi-  
sericordia proficiscatur,  
*sect. 1. num. 15.*

Dominium naturale re-  
rum dotalium babet  
vixor, *sect. 1. num. 22.*

Duo domini eiusdem rei  
diversis respectibus dá-

tur, *sect. numer. 23.*

Dotis aestimatæ omne pe-  
riculum, & commo-  
dum pertinet ad mari-  
tum, *sect. 1. num. 24.*

Doctrina servorum cum  
servitio compensatur,  
*sect. 1. num. 31.*

Doctrina servorum de ar-  
tibus liberalibus utilis  
impensa est, *sect. 1. nu-  
mer. 31.*

Doctrinam servorum re-  
cuperat emptor à ven-  
ditore evictâ re, *sect. 1.*  
*num. 33.*

Doctrinam servi pignora-  
ti recuperat creditor, si  
ex tacita saltèm volun-  
tate domini in ea im-  
pendit, *sect. 1. num. 34.*

Doctrina servorum cum  
fructibus compensa-  
tur vusufructuario, *sect. 1.*  
*num. 34.*

Dos nulla est si injustæ  
nup-

nuptiæ contrahantur,  
*sect. 1. num. 45.*

Dos caducat iniustis nup-  
tijs contractis, *sect. 1.*  
*num. 45.*

Dos ipso iure minuitur ob  
impens. necessarias, *sect.*  
*2. num. 1.*

Dos duplicitè accipitur,  
vel pro iure dotis, vel  
pro rebus dotalibus,  
*sect. 2. num. 2.*

Dotis vniuersitas, siue quâ-  
titas minuitur ob im-  
pens. *sect. 2. num. 2.*

Dominium rei dotalis non  
amittit vxor propter  
impensas necessarias,  
*sect. 2. num. 3.*

Dos sempèr vniuersaliter  
diminuitur ob impens.  
necessarias, *sect. 2. nu-*  
*mer. 6.*

Deductio de quibus acci-  
piatur impensis, *sect. 2.*  
*num. 19. in fin. cum seqq.*

Deductio duplicitè acci-  
tur: pro antecedenti de-  
minutione facto iuri  
tempore impensarum;  
& pro extractione sub-  
sequenti facto hominis  
tempore restitutioñis  
dotis, *sect. 2. num. 21.*

Dos nequit repeti consta-  
te matrimonio, *sect. 2.*  
*num. 24.*

Dos non crescit, nec auge-  
tur per solutionem im-  
pensarum, *sect. 2. in §.*  
*num. 2.*

Dos pecuniaria crescit, &  
augetur per solutionem  
impensar. *sect. 2. in §.*  
*num. 2.*

Divisio fundi ob modicas  
impensas necessarias nil  
preter retentionem ma-  
rito tribuit, *sect. 2. in §.*  
*num. 3.*

Dote integra soluta non  
deductis impensis com-  
pe-

petit pro eis condicō,  
*sect. 2. in §. num. 10.*

Dominus non condicō  
rem suam nisi à fure,  
*sect. 2. in §. num. 12.*

De infantium expositio-  
ne remissio, *sect. 3. nu-*  
*mer. 13.*

Dorodochiam committit,  
qui dona contra rem-  
public. accipit, *sect. 3.*  
*num. 16.*

Differentia inter prēdo-  
nem, & bonę fidei pos-  
sessorē in recuperan-  
dis impensis, *sect. 4. nu-*  
*mer. 8.*

De potestate Imperatoris  
simulquè Pontificis re-  
missivē, *sect. 4. num.*  
*10.*

Deductio causat venditio-  
nem, *sect. 4. num. 12.*

Deductio ob vtiles impen-  
sas tantūm competebat  
si voluntate vxoris erāt

facte, *sect. 4. num. 14.*

Deductio non compatitur  
cum retētione iute pig-  
notis, *sect. 4. num. 15.*

Deductio causat retentio-  
nem facti pro illo tunc,  
quo deductio fit, *sect.*  
*4. num. 15.*

Dotis conditio non est  
deterior subrogatā ac-  
tione mandati in lo-  
cum deductionis, *sect.*  
*4. num. 21.*

Domini voluntate credi-  
tur fieri quod Dominus  
consuevit facere, *sect. 4.*  
*num. 27.*

Dictæ quid? *sect. 5. num. 10.*

## E

**E** Ligente vxore iuxta  
pactum tem æsti-  
matam, resolvitur  
emptio quæ pura fuit,  
*sect. 1. num. 27.*

Effectus

Effectus praecipius reten-  
tionis est perceptio  
fructuum in compen-  
sationem usurarum pec-  
cunie erogatae in fundo,  
*sect. 2. num. 27.*

Eruditio servorum est uti-  
lis impensa, *sect. 3. nu-*  
*mer. 12.*

Exceptio bonae fidei posses-  
soris pro impensis non  
liquidis non remoratur  
restitutionem, sed tan-  
tum fideiuisionem effla-  
gitat, *sect. 4. num. 7.*

Exactio competit marito  
ob omnes impensas,  
*sect. 4. num. 24.*

Exactio, & deductio in quo  
differant? *sect. 4. nu-*  
*mer. 25.*

Exactio habet locum post  
restitutam rem dotalē,  
*sect. 4. num. 25.*

Exactio competebat ante  
Iustinianum pro imp.

renuente uxore factis,  
*sect. 4. num. 30.*

Exactionem producunt  
impensæ voluptuosæ,  
*sect. 5. num. 13.*

## F

**F**Actum non influens  
in eventum, vt  
malè geratur, de  
medio tollitur, *sect. 1.*  
*num. 11.*

Fructus dotis ad maritum  
pertinent, *sect. 1. nu-*  
*mer. 17.*

Fructus deductis impen-  
sis computantur, *sect. 1.*  
*num. 18.*

Fructus lucrifacit maritus  
pro tempore constantis  
matrimonij, ceteros re-  
stituit, *sect. 1. num. 36.*

Fideiuisionem indemnita-  
tis debet uxor dare, vt  
illi restituatur fundus,  
*so-*

solut. matrimon. antè fructuum perceptionē, *sect. 1. num. 36.*

Fideiūssionem indemnitas debet vxor soluto matrimon. prēstare marito, si hic conveniatur à conductore prēdij dotalis pro impensis, rescidente vxore locatiōnem, *sect. 1. num. 41.*

Fructus fundi æstimati nō restituit maritus, adhuc si resolvatur emptio per electionem vxoris, *sect. 1. num. 27.*

Fructuum onera pertinent ad maritum, *sect. 1. number 42.*

Fructus dotis non pertinent ad maritum, si nuptiæ iniustæ contrahantur, *sect. 1. num. 45.*

Fructus dotis aufferebat fiscus iniustis nuptijs contractis, *sect. 1. n. 45.*

Fundo æstimato in dotem dato non minuitur dos ob impens. in eum factas, *sect. 2. num. 1.*

Fundo inæstimato in dotem dato minuitur dos ob impens. in eum factas, *sect. 2. num. 1.*

Fundus æstimatus perfectè deminuitur ob impens. necessarias, *sect. 2. number 6.*

Fundo æstimato per impēs. necessarias deminuto debitum mariti deminuitur, qui effectus est ipsiusdeminutionis, *sect. 2. num. 8.*

Fundo dotali retento non datur retentio rei propriæ, quia est vxoris, licet desiderat esse dotalis, *sect. 2. num. 9.*

Fundus qui desiderat esse dotalis per impens. ijs solutis dotalis est, *sect. 2. n. 10.*

Formulâ legandi, *Quidquid ad legatarium dotis nomine pervene-rit: quid comprehendatur?* *sect. 2. num. 16.*

Formulâ legandi, *Quidquid ad me dotis nomine per-vene-rit uxori meæ do, lego: quid contineatur?* *sect. 2. num. 16. & seqq.*

Fructus retentæ rei iure pignoris computantur in sortem principalem, *sect. 2. num. 29.*

Fructus rei à marito reten-tæ lucratur maritus pro rata impensarum. *sect. 2. num. 9.*

**G**estationes voluptatis causâ ster-nuntur, *sect. 5. numer. 11.*

## H

**H**æredes locatoris vñsusfructus restituere debent cōductori, vel remittere pensionem temporis, quo non fuit vñsus re cōductor, *sect. 1. num. 37.*

Horreum quid? *sect. 3. nu-mer. 11.*

Horreum defossum, subli-me, & vinarium, & olearium, *sect. 3. num. 11.*

Heres solus institutus cōpellitur ad obsequium supremæ voluntatis auc-toritate Principali, vel Pontificia, *sect. 4. nu-mer. 10.*

Hæres putativus restituens fundum sínè deductio-ne impensarum, per incerti conditionem pos-sessionem repetere valet, *sect. 4. n. 31.* Im-

# I

**I**mpensa triplices sunt,  
necessariæ, utiles, &  
voluptuariæ, *sect. 1.*  
*num. 2.*

Impensa necessaria quæ?  
*sect. 1. num. 3.*

Impensa necessaria vndè  
sic dicta? *sect. 1. nu-*  
*mer. 10.*

Impensa facta non amitti-  
tur ob supervenientem  
casum, *sect. 1. num. 12.*

Impensa amittitur si culpâ  
mariti casus superve-  
niat, *sect. 1. num. 22.*

Impensa amittitur pro rata  
damni, *sect. 1. num. 12.*

Impensarum aliæ in ipsam  
dotem fiunt: aliæ extra  
eam, *sect. 1. num. 13.*

Impensa extrâ dotem fac-  
tæ non minuunt eam,  
*sect. 1. num. 13.*

Impensa necessaria in do-  
tem facta minuit do-  
tem, *sect. 1. num. 14.*

Impensa necessaria in do-  
tem ipsam facta non  
omnis minuit dotem,  
*sect. 1. num. 26.*

Impensa modica non mi-  
nuit dotem, *sect. 1. nu-*  
*mer. 16.*

Impensa magna sempèr  
minuit dotem, *sect. 1.*  
*num. 16.*

Impensæ fructuum causâ  
non sunt quartum ge-  
nus impensarum, *sect. 1.*  
*num. 17.*

Impensæ fructuum causâ  
cum fructibus compen-  
santur, *sect. 1. num. 17.*

Impensam fructuum causâ  
non recuperat, qui rem  
non polsidet. *sect. 1.*  
*nu. 18.*

Impensa fructuum causâ,  
et si magna non mi-  
nuit

nuit dotem ; *sect. 1.*  
*num. 29.*

Impensa modica cum fructibus compensatur , *sect. 1.*  
*num. 29.*

Impēsa facta à marito causa fructuum , si hos non percipiat antē solutionem matrimonij restituenda est ab uxore , *sect. 1.*  
*num. 36.*

Impendens sibi non habet repetitionem , quia alterum obligare non intendit , *sect. 1.*  
*num. 39.*

Impensas necessarias recuperat maritus adhuc si caducet dos ob illicitum matrimonium , *sect. 1.*  
*num. 45.*

Impensa in exigendo debito dotali minuit dotem si nomen inestimatum fuit , *sect. 2.*  
*num. 11.*

Impensa nè committatur

damni infecti stipulatio , necessaria est , *sect. 2.*  
*num. 13.*

Impensæ vtiles non minuant dotem , *sect. 4.*  
*num. 1.*

Imperator Iustinianus maritis retentionem denegavit substituta in eius locum actione , *sect. 4.*  
*num. 9.*

Impensæ , quæ rem absument , non creduntur vtiles , *sect. 4.*  
*num. 21.*

Impensæ vtiles sine uxoris voluntate factæ non producunt deductio nem , sed exactionem , *sect. 4.*  
*num. 24.*

Imbuere quid significet ?  
*sect. 4.*  
*num. 26.*

Impensa , quæ gravat dominum , ut re careat , non obligat eum , ut vtilis , *sect. 4.*  
*num. 28.*

Incrustationes voluptatis cau-

causā fiunt: quid hæ? *sect.*  
*5.num.3.*

Incrustare pro quomodo-  
libet operire acceptum,  
*sect. 5.num. 3.*

Impensa erit voluptuosa,  
vel vtilis, attento effec-  
tu, an vtiliorem, an vo-  
luptuosiorē fundum  
reddant? *sect. 5. nu-*  
*mer. 12.*

Impensę voluptuosę in res  
promerciales factę pro  
vtilibus habentur, *sect.*  
*5.num.12.*

Impensas voluptuosas po-  
test tollere maritus, si ei  
prodesse valent: quod  
vxor pati tenetur nō ma-  
lit refundere, *sect. 5.*  
*num. 13.*

Impensę voluptuosę vo-  
luntate vxoris factę non  
producunt exactionem,  
*sect. 5.num.13.*

# L

**L** Audatur Dom. Ra-  
mos, *sect. 1.num-  
ero 3.*

Laudatur Dom. Amaya,  
*sect. 1.num.9.*

Laudatur Dom. Retes, *sect.*  
*1.num.9.*

Laudatur Dom. Sanctos de  
San Pedro, *sect. 1. nu-*  
*mer. 20.*

Locatio usufructus finitur  
morte usufructuarij lo-  
catoris, *sect. 1.num.37.*

Locatio in longum tem-  
pus transfert in conduc-  
torem ius perpetua-  
rium reale dans causam  
possessionis, & dominij  
vtilis, *sect. 1.num.40.*

Locationem prédij dota-  
lis à marito factam in  
longius tempus si vxor  
soluto matrimon. ref-  
cin-

cindere velit, debet solvere conductori impensas , & quidquid eius interfit , *sect. 1. numer. 31.*

Laudatur Dom. Olea , *sect. 2.num.12.*

Litis æstimatio vtilis impenfa , *sect. 3. numer. 15.*

Litis æstimatio apud Athenienses Timema , *sect. 3. num.16.*

Laudatur Dom. Vlloa , *sect. 4.num.10.*

Lapidis viæ Emeritensis , *sect.4.num.11.*

Loricatio voluptuosè fit , *sect. 5.num.4.*

Loricatio pro incrustatione accepta , *sect. 5. numer.4.*

## M

**M**Oles in mare , vel flumen projecere quid? *sect.1. num.9.*

Quarè impensis necessarijs annumeretur ?ibi.

Maritus omittens impensas necessarias punitur , *sect.1.nu.10.*

Maritus tenet tueri res dotales suo sumptu , *sect. 1.num.16,*

Malæ fidei possessor impensas fructuum causâ recuperat , *sect. 1. numer.18.*

Maritus iure domini percipit fructus dotis , *sect. 1. numer.21.*

Manumittere servos dota-  
les potest maritus , *sect.1. num.21.*

Maritus præseitur vxori in  
vin-

vindicatione rei dotalis,  
*sect. 1. num. 21.*

Maritus soluto matrimonio  
non tenetur restituere  
vixori prædium ab eo lo-  
catum, quin ea prestat  
fideiussionem indemni-  
tatis pro impensis, & in-  
teresse conductoris, cui  
tenetur, *sect. 1. nu-  
mer. 41.*

Marito ad inopiam ver-  
gente repetitur dos, *sect.  
2. num. 16.*

Maritus manet in rerum  
detentione, donec ei sa-  
tisfiat, in casu, quo sin-  
gulis corporibus dotali-  
bus plus valoris esset,  
*sect. 2. num. 16.*

Maritum fructus impensa-  
rum pro rata suos facere  
probatur ratione, & auc-  
toritate, *sect. 2. num. 28.*

Maritus non est dominus  
rei, quæ dotalis esse de-

sijt, cum pro ea repe-  
tenda habeat condicatio-  
nem, *sect. 2. in §. num.  
12.*

Molæ trusatiles quæ? *sect. 3.  
num. 5.*

Molæ trusatiles, quæ ma-  
nuarię? *sect. 3. num. 6.*

Molæ asinarię quæ? *sect. 3.  
num. 7.*

Molæ aquariæ, & earum  
origo, *sect. 3. num. 8.*

Maritus differt à bonę fidei  
possessore in ratione ad-  
quirendi fructus, *sect. 4.  
num. 19.*

Malę fidei possessor abla-  
tionem habet impensa-  
rum voluptuarum,  
*sect. 5. num. 19.*

## N

**N**ovitas in doctrina  
sinè profectu in-  
digna, *sect. 1. n. 1.*

Nnp-

Nuptijs iniustis contractis,  
fructus dotis non perti-  
nent ad maritum, *sect. 1.*  
*num. 45.*

Non pro *non solum* in iu-  
re receptum, *sect. 2. nu-*  
*mer. 7.*

Nomen in dotem datur,  
*sect. 2. num. 11.*

Nomen in dotem datur  
æstimatum, & inæstima-  
tum, *sect. 2. num. 12.*

Nomine vendito minori  
pretio, àn liceat emptori  
integrum exigere remis-  
sive, *sect. 2. num. 12.*

Noveletum quid? *sect. 3.*  
*num. 2.*

Novale quid? *sect. 3. nu-*  
*mer. 2.*

Novale à segete in quo  
differat, *sect. 3. n. 3.*

Novale impropriè accipi-  
tur pro agro qui alternis  
cessat alternis seritur an-  
nis, *sect. 3. num. 3.*

## O

**O** Nera fructuum ad  
maritum perti-  
nent, *sect. 1. nu-*  
*mer. 42.*

Omissâ impensâ à marito  
intenebitur, si ob id male  
res gesta sit, non alias,  
*sect. 1. num. 10.*

Onera personalia non su-  
bijt maritus attenta do-  
te, *sect. 1. num. 43.*

Onera realia subijt, qui  
fructus percipit, *sect. 1.*  
*num. 43.*

Obligatio mariti de resti-  
tuenda dote cessat per  
necessarias impensas,  
*sect. 2. num. 23.*

Obligatio de substituendo  
onere matrimonij non  
provenit ex receptione  
dotis, sed ex ipso con-  
tractu matrimonij, *sect.*  
*2. n. 27.*

Omis-

Omissis impensis à marito  
tenetur de rei deteriora-  
tione, *sect. 2. in §. num-  
mer. 8.*

**P**lures modicæ im-  
pensæ, si in exi-  
guo temporis spatio  
fiant pro magna reputan-  
tur, *sect. 1. num. 16.*  
Possessor non creditur do-  
nare impensas necessaria-  
rias, *sect. 1. num. 19.*  
Pacta dotis æstimatæ, *sect.  
1. num. 25.*  
Pretium servi redempti  
minuit dotem, *sect. 1.  
num. 30.*  
Pactum, ut vxor solvat tri-  
buta, non liberat mari-  
tum, & nullum est, *sect.  
1. num. 44.*  
Pecunia dotalis minuitur  
ob impens. factas in-

fundum inæstimatum;  
*sect. 2. num. 1.*

Pecunia dotalis perfectè  
deminuitur ob impens,  
necel, *sect. 2. num. 6.*

Peculiaria corpora demin-  
nuuntur, non dotalia;  
differentiæ duplex ra-  
tio, *sect. 2. in §. num 5.  
& 6.*

Perempta re dotali in quā  
impensum fuit, maritus  
non amittit impensas,  
*sect. 2. in §. num. 7.*

Pactum de non agendo  
ob impensas necessarias  
non valet, *sect. 2. in §.  
num. 16.*

Pistrinum quid? *sect. 3.  
num. 4.*

Pistrini adiectio poterit ef-  
fe necessaria, & utilis  
impensa, *sect. 3. n. 10.*

Prostimmema quid? *sect. 3.  
num. 17.*

Pastina instituere utilis  
**Kk** cft

est impensa, *sect. 3. num. 19.*

Pastinatio arbusti vtrà necessitatem est utilis impensa, *sect. 3. num. 19.*

Prædoni ex benignitate habetur ratio impensarum, vt extrahantur officio iudicis, *sect. 4. num. 22.*

Prædo amittit impensas deficiente re, *sect. 4. num. 22.*

Procurator impendendo non obligat dominum prohibentem, vt maritus nolentem vxorem, *sect. 4. num. 29.*

Pictura est impensa voluptuaria, *sect. 5. num. 2.*

Picturæ elogium, *sect. 5. num. 2.*

Pavimenta utilitè, & voluptuosè conficiuntur, *sect. 5. num. 6.*

Pavimenta Pœnica, & Ase-

rota voluptuosa sunt, *sect. 7. num. 6.*

Procurator impendens voluptuosè iussu domini habet repetitionē, maritus neutiquām, *sect. 5. num. 15.*

## Q

**Q**Vod in fructus non venit, pertinet ad vxorem, *sect. 1. num. 22.*

## R

**R**Equisita vt maritus fructus percipiat dotis, *sect. 5. num. 23.*

Res dotalis non minuitur propter pecuniam, quod absurdum esset, *sect. 2. num. 2.*

Retentio fundi dotalis est effec-

effectus desinendi esse  
dotalis, non translatio  
domini, *sect. 2. num. 3.*

Retentio fundi pro indivisi-  
so datur usquedum de-  
veniatut ad divisionem,  
*sect. 2. num. 5.*

Retentionio non datur rei pro-  
priæ, *sect. 2. num. 9.*

Retentionio fundi ob impen-  
sas, non est iure pigno-  
ris, *sect. 2. num. 10.*

Retentionio fundi dotalis  
perpetua est, donèc im-  
pensa marito solvantur,  
*sect. 2. num. 23.*

Res dotalis non retinetur  
nisi quia dotalis esse de-  
sijt, *sect. 2. num. 25.*

Res dotalis, quæ dotalis es-  
se non desijt potest de  
facto à marito retineri  
ratione communionis,  
*sect. 2. num. 25.*

Retentionio dotis ob necessa-  
rias impensas provenit

ex ipsa natura impensa-  
rum, non iure pignoris,  
*sect. 2. num. 29.*

Rei vindicatio non com-  
petit marito pro recu-  
perandis rebus, in quas  
impendit, adhuc si dos  
pecuniaria sit, *sect. 2. in §.  
num. 15.*

Retentionem pro necessa-  
rijs impensis non im-  
mutavit Iustinianus,  
*sect. 2. in §. num. 16.*

Retentionem maritis de-  
negavit Iustinianus pro  
vtilibus substitutâ actio-  
ne, *sect. 4. num. 9.*

Retentionem impensarum  
vtilium habuit maritus  
antè Iustinianum, non  
rei dotalis propter im-  
pensas, *sect. 4. num. 12.*

Res dotalis non retinetur  
reduplicativè, *sect. 4.  
num. 12.*

Retentionio dabatur ob vtiles  
Kk 2 im-

impensas de facto ; non  
de Iure, *sect. 4. num. 13.*

tenetur restituere rem  
dotalem , *sect. 2. in §.  
num. 1.*

# S

**S**eminarium quid? *sect.  
1. num. 8.*

Seminarium facere de  
novo , est impensa ne-  
cessaria, *ibi.*

Salaria nutricum servi do-  
tal is minuunt dotem,  
*sect. 1. num. 30.*

Stipendiarium prædium  
quod? *sect. 1. num. 42.*

Sc̄ebolæ sententia reiicitur  
à Paulo in L. 56. §. 3. D.  
*de iure dotium* circà do-  
minium fundi dotalis,  
*sect. 2. num. 4.*

Sententia Iac. Mæstertij  
notata acommodatur  
casui , quo rectius pro-  
cederet, *sect. 2. nu. 27.*

Solutis quandocumq; im-  
pensis ab vxore, maritus

Solutis impensis revertitur  
fundus in causam dotis,  
*sect. 2. in §. num. 1.*

Spontè offerre impensis  
mulierem è re non est,  
dùm offerat, *sect. 2. in §.  
num. 1.*

Servi mali in trufatiles mo-  
las detrudebantur , *sect.  
3. num. 1.*

Servi asinis e quiparantur,  
*sect. 3. num. 6.*

Servos artes docebant an-  
tiqui, *sect. 3. num. 14.*

Stercoratio agrorum est  
utilis impensa , *sect. 3.  
num. 19.*

Separatio impensarum de-  
bet fieri à marito sinè  
speciei detrimento, *sect.  
5. num. 13.*

Ta-

# T

**T**Axatio dotis non facit emptionem,  
*sect. 1. num. 25.*

Tributarium prædiū quod?  
*sect. 1. num. 42.*

Trapetum quid? *sect. 3. num. 9.*

Timema strictè quid? *sect. 3. num. 16.*

Timema latè pro qualibet litis estimatione acceptum, *sect. 3. num. 17.*

Tabernæ adiectione utilis est impensa, *sect. 3. n. 18.*

Tectoria possunt pro utilibus, vel pro voluptuosis impensis haberi, *sect. 5. num. 5.*

Topiarius quis? *sect. 5. number. 8.*

Topiarius non comprehenditur in legato praedij, *sect. 5. n. 8.*

# V

**V**ites quomodo præagentur, *sect. 1. num. 4.*

Vitium propagatio per novam sationem, Hispanè Majuelo, non est impensa necessaria: nî fiat ad substituendas eradicas vites, *sect. 1. num. 4.*

Vitium propagatio per Mugromes non minuit dotem, si impensa modica sit: se cùs si magna, *sect. 1. num. 4.*

Vites substituere quarè debeat maritus, non arbores, *sect. 1. num. 7.*

Vxor per coëmptionem erat filia familiæ marito, *sect. 1. num. 21.*

Vxor per coëmptionem per impetrationem tantum

tum peculij potefat  
in proprios usus bona  
reservare, *sect. 1.n.21.*

Ulusfructus finitur morte  
usufructuarij, *sect. 1.num.  
mer.37.*

Vtiles, & necessarias im-  
pensas per repetitionem  
recuperat à locatore cō-  
ductor, *sect. 1.num.41.*

Vxor soluto matrim. non  
tenetur stare locationi  
prædij dotalis à marito  
factæ in longius tem-  
pus, *sect. 1.n.41.*

Usuræ debentur ex mora  
vxoris, *sect. 2.num.27.*

Vniuersitas dotis supple-  
tur per solutionem im-  
pensarum, sicut vniuer-  
sitas peculij per remis-  
sionem debiti dominici,*sect. 2.in §.num.4.*

Vtiles impensæ que? *sect. 3.  
num.1.*

Vtiles impensæ non mi-

nuunt dotem, *sect. 4.nu-  
mer.1.*

Vtiles impensæ voluntate  
vxoris factæ iure Dige-  
storum dabant deduc-  
tionem, *sect. 4.num.1.*

Vtiles impensæ voluntate  
vxoris factæ dant marito  
actionem mandati iure  
Codicis, *sect. 4.num.1.*

Vtiles impensæ factæ sinè  
voluntate vxoris dabant  
exactionem iure Dige-  
stor, *sect. 4.num.2.*

Vtiles impensæ factæ finè  
voluntate vxoris produ-  
cunt iure Cod. actionem  
negotiorum ge-  
stor, *sect. 4.num.2.*

Vtiles impensæ non pro-  
ducunt retentionem,  
*sect. 4.num.2. & 3.*

Vtiles impensæ non pro-  
ducunt retentionem iu-  
re pignoris, *sect. 4. nu-  
mer.3.*

Vo-

Voluntas vxoris non sufficit in impensis vtilibus,  
vt competat actio mandati, sicut in extraneis  
*sect. 4. num. 23.*

Voluptuarię impensae sic dicuntur, quia tantum ad voluptatem spec-

tant, *sect. 5. num. 1.*  
Viridaria voluptatis caufa sunt, *sect. 5. num. 8.*

Vxor non tenetur pati ablationem impensarum voluptuarum, si eas refundere velit, *sect. 5. num. 13.*



IN:

# INDEX TEXTVM, quibus aliqua lux donatur in hac dissertatione.

## A

- L. Agri XVIII. D. de usus-  
fructu, *sect. 1. num. 6.*  
L. Apud Celsum IV. §. Si  
minor IX. D. de doli-  
mali, & metus except.  
*sect. 1. num. 30.*  
L. Adigere VI. in fine, D.  
de iure dotium, *sect. 4.*  
*num. 10.*  
L. Animi fin. §. Fin. D. de  
ædilitio ædicto, *sect. 2.*  
*num. 6.*

## C

- L. Cum post divorcium  
LXIX. §. Cum res, D.

- de iure dotium, *sect. 1.*  
*num. 25.*  
L. Cum pupilus XXI. D. de  
tutelę, & rat. distrah.  
*sect. 2. num. 7.*  
L. Cuiuscunque V. §. Si  
cum fullo, D. de insti-  
tor. *act. sect. 2. n. 7.*

## D

- L. Dotalem LXI. D. solut.  
matr. *sect. 1. num. 21.*  
L. Dote relegata V. D. de  
dote præleg. *sect. 4. nu-*  
*mber. 3.*  
L. Duobus XXVII. D. de  
negot. gest. *sect. 5. nu-*  
*mber. 12.*

L. Et

L. Et in totum IV. D. de  
impensis in res dotaes,  
*sect. 1. num. 10. & seqq.*

L. Ex conventione XI. C.  
de pactis, *sect. 1. nu-*  
*mer. 44.*

L. Ex quibus LI.D.de con-  
dict. indeb. *sect. 2. in §.*  
*num. 13.*

L. Et antè XVI. D. de im-  
pens. in res dot. *sect. 1.*  
*num. 17.*

## F

L. Facere XXVIII.D.solut.  
matr. *sect. 1. nu. 13.*

L. Fructus VII. §. Divor-  
tio, D. solut. matrim.  
*sect. 1. num. 36.*

§. Si vir XIII. *sect. 4. nu-*  
*mer. 16.*

§. Impendi XVI. *sect. 1.*  
*num. 28.*

§, Final, vers. *Plane, sect. 2.*  
*num. 15. & in §. n. 11.*

L. Fideicommissum L. §. I.  
D. de iudicijs, *sect. 2,*  
*num. 2. & seqq.*

## H

L. Hæreditas L. §. I. D. de  
petit. hæred. *sect. 4. nu-*  
*mer. 9.*

Horatius lib. I. sat.III.vers.  
*LV. sect. 5. num. 3.*

## I

L. Is, qui ex stipulatu XLV.  
D. de obligat. & action.  
*sect. 1. num. 11.*

L. In voluptuarijs XI. §.  
Donationem I. D. de  
Impens. in res dot.. *sect.*  
*1. num. 14.*

L. In insulam XLII. §. I.  
D.solut. matrim. *sect. 1,*  
*num. fin.*

L. Invitum V. D. de servi-  
tutib. vtban. præd. *sect.*  
*2. n. 7.*

## LI

## L.

L. Item si servi XXX. §. I.  
D. de ædilit. edict. sect.  
2. num. 14.

L. Illud convenire V. §. fin.  
D. de pactis dotalib. sect.  
2. in §. n. 16.

L. In fundo XXXVIII. D.  
de reivindicat. sect. 4.  
n. 6.

L. Impensæ XIV. D. de im-  
peñis in res dot. sect. 1.  
num. 3. & 5. & 9.

L. Impensæ LXXIX. D.  
verbis. signific. sect. 1.  
num. 3.

§. Utiles I. sect. 4. num.  
28.

L. Imperatores fin. D. ad  
municipalem, sect. 4.  
num. 10.

L. In rebus XXX. C. de iu-  
re dot. sect. 1. num. 22.

L. Lucius XXI. §. Idem

respondit IV. D. ad mu-  
nicipalem, sect. 1. nu-  
mer. 43.

L. Lege Agraria fin. §. fin.  
D. de termino moto,  
sect. 3. n. 3.

## M

L. Mævia XLIX. D. solu-  
mat. sect. 2. num. 11.

L. Mævio XLI. §. I. D. de  
legatis II. sect. 2. num. 16.  
cum seqq.

## N

L. Nèc stipendium XIII.  
D. de impensis in res  
dot. sect. 1. n. 42.

L. Nèc cum filio XVI. D.  
de furtis, sect. 2. num. 7.

L. Non enim XXXVIII.  
D. ad Senat. Consult.  
Trebell. sect. 2. nu-  
mer. 7.

No-

Novella LXIV. de Hor-  
tulanis, cap. I. *sect. 1. nu-  
mer. 6.*

O

L. Omninò XII. D. de im-  
pensis in res dot. *sect. 1.  
num. 4. & 16. & 28.*

P

L. Prima, D. de impensis  
in res dot. *sect. 1. nu-  
mer. 2.*

§. I. *sect. 1. num. 3.*

§. In necessarijs II. *sect. 1.  
num. 13. & 14.*

§. Inter necessarias fin. *sect.  
1. num. 9. sect. 2. num. 13.  
& sect. 3 num. 10.*

L. Prima, §. Impensę IV.  
D. de dote prælegata,  
*sect. 2. n. 2.*

L. Prima, §. Si quis servum  
IX. D. depositi, *sect. 3. n. 5.*

L. Prima, C. de infantib.  
expositis, *sect. 1. num. 20.  
& 32. & sect. 3. n. 12.*

L. Prima, C. sine censu;  
*sect. 1. num. 44.*

L. Prima, C. etiam ob Chi-  
rographariam pecuniā,  
*sect. 4. num. 5.*

L. Planè XXXVIII. D. de  
petit. hæred. *sect. 4. in §.  
num. 9. & sect. 5. num. 8.  
& 22.*

L. Peculij IV. §. Si in ere  
alieno V. D. de Peculio,  
*sect. 2. in §. n. 4.*

L. Plerumquè X. §. fin. D.  
de iur. dot. *sect. 1. n. 25.*

L. Prætor III. §. Divus V.  
D. de sepulchro violato,  
*sect. 4. num. 10.*

Q

L. Quod dicirur V. D. de  
impensis in res dot. *sect.  
2. n. 2. & 26.*

Ll 2      §. Si

**S.** Si dos II. *sect. 2. in §. nu-*  
*mer. 10.*

**L.** Quod dicitur XV. *sect. 1.*  
*n. 5. & 16.*

**L.** Quod si vir XIV. D. de  
donationib. *inter, sect. 1.*  
*num. 15.*

**L.** Qui exceptionem XL. §.  
Si pars I. D. de condic<sup>t</sup>,  
indeb. *sect. 2. in §. n. 14.*

**L.** Quidam XIII. §. I. D. de  
servitutib. vrb<sup>a</sup>norum,  
*sect. 5. num. 2.*

**L.** Quintus Mutius VII. D.  
annuis legatis, *sect. 4.*  
*num. 10.*

## S

**L.** Si id quod XXVIII. §. I.  
D. de donationib. *inter,*  
*sect. 1. n. 30. & seqq.*

**L.** Sed si vir XXXI. §. fin.  
*sect. 1. n. 14.*

**L.** Si servus XXVII. §. Si  
olivam XXV. D. ad

**Leg.** Aquill. *sect. 1.* *nu-*  
*mer. 18.*

**L.** Sumptus LXI. D. de le-  
gat. I. *sect. 1. n. 19.*

**L.** Sicut XLV. D. de vfu-  
fructu, *sect. 1. n. 28.*

**L.** Si quis domum IX. §. I.  
veri. *Idem querit, D. Lo-*  
*cati, sect. 1. n. 37.*

**L.** Si ex lapidinis XXXII.  
D. de iur. dot. *sect. 4. nu-*  
*mer. 18.*

**L.** Si is, qui Stichum LVI.  
§. Quod dicitur III. *sect.*  
*2. num. 3. & in §. num. 1.*  
*& seqq.*

**L.** Si procurator XIV. D.  
de condic<sup>t</sup>. causâ data,  
*sect. 2. n. 7.*

**L.** Sed et si XXI. D. solut.  
matrim. *sect. 2. n. 24.*

**L.** Servus quem XXX. D.  
de actionibus empti,  
*sect. 2. in §. n. 13.*

**L.** Si necessarias VIII. D. de  
pignoratit. act. *sect. 4.*  
*n. 6. & 8.*

**L.**

L. Sin autem XXVII. §. fin.  
D. de rei vindicat. *sect. 4.*  
*num. 28.*

L. Sumptus *XLVIII. sect. 4.*  
*num. 19.*

L. Si servos XXV. D. de  
pignoratit. *aet. sect. 4.*  
*num. 26.*

L. Sed an vltrò X. §. I. vers.  
Sed vt *Celsus*, D. de ne-  
gotijs gest. *sect. 4. n. 28.*

L. Si in area *XXXIII. D.*  
de condic*t. indebit. sect.*  
*num. 31.*

## T

L. Titius *XLIII. vers. De*  
*sumptibus*, D. de action.  
empti, *sect. 1. n. 33.*

L. Tutor *III. §.* Sed si non  
latitet XV. D. de suspec-  
tis tutoribus, *sect. 2. nu-*  
*mer. 7.*

## V

L. Vel si vites *III. D. de im-*  
penfis in res dot. *sect. 1.*  
*num. 4. & 5.*

§. Fin. *sect. 1. n. 3. & 17.*

L. Veluti *VI. sect. 1. num. 4.*  
*& 31. & sect. 3 n. 2.*

L. Voluptuariæ *VII. §. I.*  
*sect. 4. n. 2.*

L. Vtilium *VIII. sect. 4. nu-*  
*mer. 14.*

L. Venditor *XXI. D. de he-*  
redit. vel aet. vend. *sect.*  
*1. num. 11.*

L. Vir in fundo fin. D. de  
fundo dotali, *sect. 4. nu-*  
*mer. 16.*

§. Finali, *sect. 2. n. 28.*

L. Vsufructus *VII. §. Fin.*  
D. de vusufructu, *sect. 5.*  
*num. 5.*

L. Vtiles *XXXIX. §. I. D.*  
de petit. hæred. *sect. 5,*  
*num. 18.*


## L

- L. Utique **XVI**. D. de rei  
vindicat. *sect. 2.* in §. nu-  
mer. 9.  
Vlpianus in fragmentis,  
tit. **VI**. §. Retentiones  
**IX**. *sect. 4.n.12.*
- §. **XIV**. *sect. 1.n.2.*  
§. Finali. *sect. 5.num.2.*  
L. **XLIV**. tit. **XXVIII**. Par-  
tit. *III*. *sect. 1.num.2.*  
L. **XV**. & L. **XXII**. tit. **XI**.  
Partit. *IV*. *sect. 1.n.2.*

## FINIS.







5

2

1913  
2748